**Zeitschrift:** Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

**Herausgeber:** Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

**Band:** 64 (1970)

**Artikel:** Ein spätmittelalterlicher Liber Ordinarius Officii aus der Diözese Lausanne

**Autor:** Ladner, Pascal

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-129327

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 18.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

PASCAL LADNER

# EIN SPÄTMITTELALTERLICHER LIBER ORDINARIUS OFFICII AUS DER DIÖZESE LAUSANNE

## Pars secunda: Sanctorale

(f. 57r) Incipiunt festa sanctorum secundum usum ecclesie cathedralis Lausannensis etc.

(582) Et primo notandum est quod si festum beati Andree apostoli feria Va, VIa vel sabbato evenerit, ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus apostolorum cantentur, et si in sabbato dominice Adventus evenerit, totum fiat de festo et commemoracio tantum de dominica prima Adventus videlicet de Ant. *Ecce nomen domini.* ℣ *Rorate celi.* Oracio *Excita quesumus domine.* Et si festum IX lectionum per Adventum sive duplex evenerit, excepto festo Concepcionis, ymni horarum ad cantum / (f. 57v) ymni *Verbum supernum* cante<n>tur et numquam dicitur *Laux honor* etc. nisi in suis propriis ymnis.

(583) Item notandum quod si festum beati Andree in prima dominica Adventus evenerit, feria IIa sequenti celebretur, et in sabbato precedenti evangelium vigilie beati Andree ad Matutinas legatur, et missa vigilie in eodem sabbato cantetur et in dominica a Nona festum beati Andree incipiatur. Ad Vesperas antiphona de sancto super psalmos feriales sive dominicales. Cap. *Corde creditur ad iusticiam.* ℟ *Mox ut vocem domini.* Ymnus *Exultet celum laudibus* cum cantu duplici de ymno *Conditor alme.* Et fiat commemoracio de dominica. Completorium sine precibus ut in dominica habetur. Et nota quod quando due commemoraciones vel plures in festis duplicibus post primam oracionem fiunt, fiunt duo *Benedicamus* videlicet primum post primam oracionem, secundum vero post commemoraciones.

(584) Item notandum quod si festum beati Andree feria IIª Adventus evenerit, evangelium vigilie in dominica ad Matutinas legatur et fiant de ipso due ultime lectiones, et missa de vigilia in parochia cantetur, alia de dominica in choro.

(585) IN VIGILIA BEATI ANDREE ad Matutinas evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Stabat Iohannes et ex eius discipulis duo* etc.

(586) Item in vigilia beati Andree est festum beati SATURNINI de quo fit festum trium lectionum, nisi sit dies qua fit de beata Maria vel de dominica quia tunc de ipso non fit nisi sola commemoracio, in primis Vesperis Ant. *Hic est vere.* Ad Matutinas Ant. *Hic vir despiciens.* Oracio *Deus qui nos annua.*

(587) Item nota quod quocienscumque ad Matutinas non fiunt nisi novem psalmi et tres lectiones sive Nocturnus, IIª et Vª feria dicimus tria responsoria de primo Nocturno, feria IIIª et VIª tria responsoria secundi Nocturni, feria IIIIª et sabbato tria responsoria tercii Nocturni, nisi alia propria responsoria in illis diebus aliter conveniat dici.

Item per totum anni circulum in omnibus horis antequam psalmi incipiantur, antiphona primo incipiatur et post psalmos vel psalmum / (f. 58ʳ) antiphona integre dicitur prout in libro habetur.

(588) In vigilia beati Andree apostoli ad Nonam ymnus *Rerum deus.* Ant. *Qui persequebatur iustum.* Cap. *Per manus autem.* ℟ *Nimis honorati sunt.* Oracio *Quesumus omnipotens deus.*

(589) Ad Vesperas super psalmos feriales Ant. *Ego* ⟨*crucis*⟩ *Christi servus.* Cap. *Corde creditur.* ℟ *Mox ut vocem.* Ymnus *Exultet celum.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Mox ut vocem.* Oracio ut supra. Ad Completorium ymnus *Iesu redemptor* cum cantu suo. Cap. *Pacem et veritatem.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis antiphona si ante Adventum evenerit *Salva nos,* si vero in Adventu dicitur antiphona videlicet *Veni domine visitare nos.* Oracio *Deus qui illuminas.*

(590) Et nota quod in omnibus festis novem lectionum sive duplex (!) per Adventum ymni Matutinarum cantentur ad cantum ymni *Verbum supernum* si cantus conveniat, ymni vero Laudum ad cantum ymni *Vox clara esse* (!), excepto festo Concepcionis, eciam excepto ymno videlicet *Pange lingua,* et eciam excepto ymno de Laudibus sancte Lucie qui cantatur cum cantu ymni *Verbum supernum.*

(591) IN DIE SANCTI ANDREE ad Matutinas Invit. *Adoremus* ⟨*gloriosissimum*⟩ *regem.* Ps. *Venite.* Ymnus *Exultet.*

(592) In Iº Nocturno Ant. *Vidit dominus Petrum.* Ps. *Celi enarrant* etc.

cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. ℣ *In omnem terram.* Lectiones de legenda que sequitur videlicet *Passionem sancti Andree.* Primum ℟ *Dum deambularet.* Secundum ⟨℟⟩ *Mox ut vocem.* Tercium ⟨℟⟩ *Oravit sanctus Andreas.*

(593) In II° Nocturno Ant. *Ego si patibulum.* Ps. *Omnes gentes* cum aliis etc. ut in libro. ℣ *Constitues.* Quartum ℟ *Homo dei* cum aliis responsoriis ut in libro.

(594) In III° Nocturno Ant. *Salve crux.* Ps. *Confitebimur tibi* cum aliis etc. ℣ *Nimis honorati sunt.* Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Ambulans Iesus secus mare.* Septimum ℟ *Doctor bonus.* Octavum ⟨℟⟩ *Expandi manus.* Nonum ℟ *Vir iste.* Ps. *Te deum.* ℣ *Dilexit Andream dominus.* / (f. 58ᵛ)

(595) In Laudibus Ant. *Salve crux.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis. Cap. *Corde creditur.* Ymnus *Eterna Christi munera apostolorum.* ⟨℣⟩ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Ambulans Iesus.* Oracio *Maiestatem tuam* et dicitur ad omnes horas preter Completorium. Et si in Adventu evenerit, commemoracio fiat de Adventu. ℣ *Vox clamantis in deserto.* Oracio *Excita.* Ad horas loco antiphone post psalmos dicitur semel *Alleluia,* post sequitur versus videlicet *Dilexit Andream* et semper dicitur sine *Alleluia* in fine, et hoc idem fiat de consimilibus ubi dicitur *Alleluia* per horas. Oracio ut supra.

(596) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos de apostolis. Finitis psalmis cum antiphonis dicitur *Alleluia* semel cum neuma. Post sequitur versus videlicet *Dilexit Andream dominus* et finito dicto versu sequitur prosa videlicet *Gratulare ergo tanto.* Ad Magnificat Ant. *Cum pervenisset beatus Andreas.* Oracio ut supra. Postea fiant commemoraciones, dicto *Benedicamus,* primo fiat commemoracio de Adventu, postea de sanctis videlicet de Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini in domino.* Oracio *Deus qui nos annua* etc. Ad Completorium ut supra.

(597) Item nota quod quando *Alleluia* dicitur per horas per anni circulum, dicatur per modum qui sequitur videlicet post psalmos cuiuslibet hore videlicet ut in Prima. Finito psalmo videlicet *Quicumque vult* etc. vel in Tercia finito psalmo videlicet *Bonitatem* loco antiphone dicitur *Alleluia* semel sine neuma. Et post dicitur versus videlicet *Dilexit Andream* vel versus *Nicholaus episcopus* et sic de consimilibus. Et in fine versiculi *Alleluia* non dicitur, sed finito versiculo dicitur *Dominus vobiscum,* deinde illa oracio que tunc habetur in ordine etc. ad Primam dicitur. Nec dicuntur per horas antiphone, capitula, responsoria, versiculi nisi ut supra habentur. Et si aliquod festum *Alleluia* ut supra per

horas habens infra octavas solempnes ut infra octavas Nativitatis domini, Pasche, Eucharistie, Dedicacionis ecclesie et proprii oratorii evenerit et de ipso fiat officium, tunc ad Primam oracio de sancto non dicitur, sed dicitur de octavis solempnibus predictis que tunc ad Primam habetur. In secundis vero Vesperis quando *Alleluia* cum versiculo et prosa dicuntur post psalmos, *Alleluia* semel cum neuma dicatur, deinde versus sine *Alleluia* in fine sequitur et post versum / (f. 59$^{r}$) prosa dicitur prout in libro habetur. Cetera prout habentur in libro.

(598) Infra octavas beati Andree per Adventum non fit de beato Andrea nisi commemoracio tantum in utriusque Vesperis et in Matutinis videlicet de antiphonis de Laudibus beati Andree et dicuntur per ordinem et reiterantur quando necesse fuerit et semper dicitur ℣ *Dilexit Andream dominus.*

(599) In octava fiunt novem lectiones de beato Andrea ut in libro habentur. Et nota quod quando transfertur festum sancti Andree ad II$^{am}$ feriam causa dominice prime Adventus, tunc octava evenien[ti]s in festo Concepcionis ad III$^{am}$ feriam sequentem transfera[n]tur, et nulla commemoracio de beato Andrea fiat in festo Concepcionis nisi in secundis Vesperis, in quibus dicitur post primum *Benedicamus* Ant. *Mox ut vocem.* ℣ *Dilexit Andream dominus.* Oracio *Protegat.* Alia commemoracio de Adventu ut in libro. Cetera ut in octava habentur.

(600) Item notandum est quod si festum Concepcionis vel festum beati Nicolay in secunda dominica Adventus evenerint, eadem die celebrentur, et evangelium dominicale ad Matutinas legatur. Et fiant de ipso evangelio tres ultime lectiones. Invitatorium de dominica et sermo videlicet *Superiori dominica* etc. in feria sequenti non occupata festis etc. dicantur. Laudes vero in feriis post festum sequenti⟨bu⟩s ad horas dicantur.

(601) Item notandum est quod in quacumque dominica fit festum duplex vel novem lectionum per anni circulum de evangelio dominicale fiant tres ultime lectiones nisi festum proprium evangelium habeat, quia si habuerit, tunc fiat septima lectio de evangelio festi, alie due lectiones de evangelio dominicale.

(602) Item sciendum est quod in omnibus festis novem lectionum et dominicis diebus per anni circulum semper dicitur in primis Vesperis unum proprium responsorium si habeat, si autem non habeat dicitur unum de communi prout de festis de communi habetur etc. Et eciam de dominica prout in historiis invenitur, excepto paschali tempore, quia tunc in festis novem lectionum sive duplicum sive dominicarum, responsorium non dicitur in Vesperis etc. A Trinitate vero usque ad

*Vidi dominum* dicuntur responsoria de Trinitate ut habentur post Trinitatem.

(603) Item nota quod numquam dicuntur psalmi in Vesperis videlicet lez *Laudate*, nisi in solempnibus festis qui dicuntur prout in libro habentur.

(604) IN FESTO BEATI NICOLAY ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Verbum supernum prodiens*. Ant. *O per omnia laudabilem*. Cap. / (f. 59v) *Labia sacerdotis*. ℟ *Iustus ut palma*. Oracio *Deus qui beatum Nicolaum* et dicitur hec oratio ad omnes horas preter Completorium. Ad Vesperas Ant. *Beatus Nicolaus* super psalmos de feria. Cap. *Ecce sacerdos*. ℟ *Dum vero adhuc*. Ymnus totum dicitur prout in libro habetur *Pange lingua*. ℣ *Ora pro nobis*. Ad Magnificat Ant. *O pastor eterne*. Oracio ut supra. Post *Benedicamus* fiant commemoraciones, primo de Adventu, postea de sancto Andrea. Ad Completorium ut in Adventu habetur, exceptis precibus.

(605) Ad Matutinas Invit. *Adoremus regem*. Ymnus *Pange lingua* et dicitur usque ad illum versum *Nicolae sacerdotum*.

(606) In I° Nocturno Ant. *Nobilissimus*. Ps. *Beatus vir*. Ant. *Postquam domi*. Ps. *Quare fremuerunt*. Ant. *Pudore bono*. Ps. *Domine quid multiplicati*. ℣ *Amavit*. Lectiones *Nicolaus itaque ex illustro prosapia* etc. Primum ℟ *Confessor dei*. Cetera ut in libris habentur.

(607) In II° Nocturno Ant. *Auro dato*. Ps. *Cum invocarem*. Ant. *Innocenter*. Ps. *Verba mea*. Ant. *Gloriam mundi*. Ps. *Domine dominus noster quam*. ℣ *Iustum deduxit*. Quartum ℟ *Audiens Christi*. Quintum ⟨℟⟩ *Qui cum audisset*. Sextum ⟨℟⟩ *Beatus Nicolaus*.

(608) In III° Nocturno Ant. *Pontifices*. Ps. *Domine quis habitabit*. Ant. *Sanctus quidem*. Ps. *Domine in virtute*. Ant. *Muneribus datis*. Ps. *Domini est terra*. ℣ *Iustus ut palma*. Septimum ℟ *Summe* (*sumit* cod.). Octavum ⟨℟⟩ *Laudemus*. Nonum ℟ *Ex eius tumba*. Ps. *Te deum*. ℣ *Ora pro nobis beate Nycolae*.

(609) In Laudibus Ant. *Beatus Nicolaus*. Ps. *Dominus regnavit* cum antiphonis et psalmis etc. Cap. *Statuit*. Ymnus *Nycolae sacerdotum*. ℣ *Iustus ut*. Ad Benedictus Ant. *O Christi pietas* (*-tatem* cod.). Oracio et *Benedicamus* cum commemoracionibus ut supra etc. Ad horas post psalmos loco antiphone dicitur *Alleluia*. ℣ *Nycolaus episcopus migravit*. Oracio ut supra.

(610) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos unius confessoris. Post sequitur *Alleluia*. ℣ *Tumba sancti Nicolay*. Prosa *Nos qui sumus*. Ad Magnificat Ant. *Copiose caritatis*. Oracio cum comme-

moracionibus ut supra cum *Benedicamus*. In commemoracione sancti Andree Ant. *Mox ut vocem*. ℣ *Dilexit Andream*. Oracio *Protegat nos*. Alia commemoracio de Adventu et ad Completorium ut supra.

(611) IN OCTAVA BEATI ANDREE APOSTOLI ad Matutinas invitatorium ut in die. Lectiones de legenda iam dicta in die. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium ut supra. Ad Primam Ant. *Salve crux*. Cap. *Omnis enim homo*. ℟ *Christe Iesu fili* cum parvis precibus etc. / (f. 60r) Oracio *Domine sancte pater* etc. Ad Terciam Ant. *Biduo vivens*. Cap. *Ibant apostoli*. ℣ *In omnem terram*. Ad Sextam Ant. *Non me permittas*. Cap. *Per manus autem apostolorum*. ℟ *Constitues eos*. Ad Nonam etc. fiat de Concepcione ut in libro habetur. Ad Vesperas ut in libro. Et dicto *Benedicamus* de Vesperis Concepcionis fiat commemoracio de sancto Andrea de Ant. *Cum pervenisset*. ℣ *Dilexit Andream dominus*. Oracio *Protegat*. Alia commemoracio de Adventu ut in feria currenti habetur. Cetera ut in Concepcione.

(612) Et quando iste octave celebrantur post festum Concepcionis, tunc dicitur ad Primam Ant. videlicet *Biduo vivens*. Ad Terciam 〈Ant.〉 *Non me permittas*. Ad Sextam Ant. *Qui persequebatur*. Ad Nonam 〈Ant.〉 *Beatus Andreas*. Ad Vesperas Ant. *Salve crux* super psalmos de apostolis. Cap. *Corde creditur*. Ymnus *Exultet celum*. ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Cum pervenisset*. Oracio ut supra. Commemoracio de feria ad Completorium ut de feria cum parvis precibus. Cetera ut in octava habentur.

(613) Notandum est quod in omnibus festis beate Marie virginis infra octavas et in octava in ipso officio ymni horarum cantentur ad cantum ymni *Fit porta* et semper dicitur in ultimo versu *Gloria tibi domine qui natus es[t] de virgine*. Aliis vero diebus, quando fit de beata virgine infra ebdomadam videlicet ab hora Vesperorum ferie IIIIe usque ad dominicam sequentem, ymni horarum cantentur ad cantum ymni *O gloriosa* cum predicto ultimo versu etc. *Gloria tibi* etc., ut in solempnitatibus predictis habentur.

(614) IN FESTO BEATE MARIE VIRGINIS ad Nonam ymnus *Rerum deus*. Ant. *Dignare me*. Cap. *Vox dilecti mei*. ℟ *Audi filia*. ℣ *Adiuvabit eam*. Oracio *Deus ineffabilis*. Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Completorium.

(615) Ad Vesperas Ant. *Gaude mater*. Ps. *Laudate pueri*. Ant. *Hec est illa*. Ps. *Laudate dominum omnes gentes* cum aliis etc. Cap. *Dominus possedit me*. ℟ *Cordis ac vocis*. Ymnus *Ave maris stella*. ℣ *Ave Maria*

*gracia*. Ad Magnificat Ant. *Ave decus*. Oracio ut supra. Post *Benedicamus* fiunt commemoraciones secundum quod tempus requirit etc. ut supra dictum est. Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix*. Cap. *Multe filie*. ℣ *Benedicta tu*. Ad Nunc dimittis Ant. *Ysayas ille*. Oracio *Graciam tuam*.

(616) In die ad Matutinas Invit. *Eya pervigiles*. Ymnus *Fit porta*.

(617) In I° Nocturno Ant. *Cui Eva*. Ps. *Celi enarrant* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Legenda sine evangelio nisi dominica fuerit quia tunc / (f. 60ᵛ) de evangelio fierent tres ultime lectiones. Legenda etc. *Orietur stella ex Iacob*. Primum ℟ *Fulget dies*. Secundum ℟ *Habrahe stirpe*. Tercium ⟨℟⟩ *Virga Iesse*.

(618) In II° Nocturno Ant. *Nanque rubus*. Ps. *Eructavit*. Quartum ℟ *Prophetalis*. Quintum ⟨℟⟩ *Verbum patris*. Sextum ⟨℟⟩ *Ecce novum*.

(619) In III° Nocturno Ant. *Habrahe fit promissio*. Ps. *Cantate I*. Septimum ℟ *O beata progenies*. Octavum ⟨℟⟩ *O gloriosa dicta*. Nonum ℟ *O Maria clausa*. Ps. *Te deum* ℣ *Ora pro nobis sancta*.

(620) In Laudibus Ant. *Conceptus hodie*. Ps. *Dominus regnavit decorem* etc. ut in ⟨libro habetur⟩. Cap. *Dominus possedit me*. Ymnus *O gloriosa domina*. ℣ *Elegit eam*. Ad Benedictus Ant. *Benedicta es Maria*. Oracio ut supra. Commemoracio de dominica si evenerit vel de feria. Et fiat solum unum *Benedicamus*. Ad horas loco antiphone dicitur *Alleluia*. ℣ *Concepcio gloriose*. Oracio ut supra.

(621) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos beate Marie. Post sequitur *Alleluia*. ℣ *Concepcio*. Prosa *O quam mira genitura*, quere in Nativitate. Ad Magnificat Ant. *Magnifica Christi*. Oracio et ad Completorium ut supra. Et ⟨de⟩ commemoracionibus fiendis, si necesse fuerit, fiat ut supra in regula de ipsis commemoracionibus habetur.

(622) IN FESTO BEATI DAMASI[I] PAPE commemoracio *Sacerdos et pontifex*. ℣ *Amavit*. Oracio *Misericordiam tuam* etc.

(623) Item notandum de versiculis per anni circulum dicendis et primo versiculus videlicet *Rorate celi* vel *Dilexit Andream* vel *Vespertina* et consimiles dicuntur in Vesperis cum neuma, et responsio videlicet *Et nubes pluant* vel *In odorem suavitatis* vel *Et descendat super nos* eciam cum neuma dica[n]tur. Et sic fiat de consimilibus.

Item ecclesia cathedralis aliter facit de predictis responsionibus quia in eadem multe ceremonie observantur que in aliis ecclesiis minoribus non fiunt. Item si una vel plures fuerint commemoraciones in festis novem lectionum vel infra octavas solempnes vel in diebus profestis, versiculi in Vesperis et in Matutinis post primam oracionem dicantur a solo

sacerdote sine neuma et responsio ab aliis fiat eciam sine neuma. In Matutinis in primo Nocturno ℣ *Egredietur virga Iesse* vel *Memor fui* vel *In omnem terram* et consimiles dicantur cum neuma in medio et in fine. Item in versibus Laudum nullum neuma dicitur sed voce submissa dicuntur et sic fiat de consimilibus per anni circulum, exceptis versiculis dicendis in tribus / (f. 61$^{r}$) diebus Lamentacionum ante festum Pasche, qui more versiculorum in agenda mortuorum dicuntur. In festis duplicibus a duobus versiculi dicuntur in commemoracionibus cum neuma, et responsio fiat ab aliis sine neuma. Postea inmediate sequitur oracio sine *Dominus vobiscum* etc. Item quando fiunt duo Magnificat, in ultimo Magnificat non dicitur versus post antiphonam nec eciam in primo, sed post antiphonam statim dicitur *Dominus vobiscum.* De *Benedicamus domino* fiat ut in pluribus locis iam dictum est.

(624) IN FESTO BEATE LUCIE VIRGINIS ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Virgo cogitat.* ℟ *Regnum mundi.* Ymnus *Virginis proles* cum cantu suo proprio. ℣ *Difusa est.* Ad Magnificat Ant. *In tua paciencia.* Oracio *Exaudi nos deus.* Commemoracio de Adventu. Ad Completorium ut in Adventu cum parvis precibus.

(625) Ad Matutinas Invit. *Agnum sponsum.* Cetera ut de communi unius virginis. Lectiones *Cum per universam provinciam* etc. Septimum ℟ *Lucia virgo.* Octavum ⟨℟⟩ *Rogavi dominum meum.* Nonum ⟨℟⟩ *Grata facta.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Ora pro nobis beata.*

(626) In Laudibus Ant. *Orante sancta Lucia.* Ps. *Dominus regnavit* etc. cum aliis psalmis et antiphonis. Cap. *Qui gloriatur.* Ymnus *Iesu corona.* ℣ *Adiuvabit eam.* Ad Benedictus Ant. *Columpna es inmobilis.* Oracio et commemoracio ut supra. Ad horas antiphone de Laudibus et ultima ad Vesperas super psalmos unius virginis dicantur.

(627) Ad Primam Cap. *Omnis homo.* Ad alias horas capitula et responsoria ut in communi unius virginis habentur. Ad Vesperas Cap. *Memorata sunt.* Ymnus *Virginis proles.* ℣ *Difusa est gracia.* Ad Magnificat Ant. *Soror mea Lucia.* Oracio et commemoracio ut supra.

(628) Nota quod si festum beati Thome apostoli in dominica IIII$^{a}$ Adventus evenerit, feria II$^{a}$ post festum beate Lucie ad Matutinas, Laudes videlicet *Ecce veniet* etc. dicantur.

(629) IN FESTO BEATI LAZARI EPISCOPI ET CONFESSORIS commemoracio ad Vesperas antiphona videlicet *Lazarus amicus noster dormit. Amavit eum.*

(630) Ad Matutinas commemoracio Ant. *Domine si fuisses.* ℣ *Iustus germinabit.* Oracio *Deus qui per unigenitum filium tuum.*

(631) Nota quod in vigilia beati Thome apostoli in Vesperis post *Benedicamus* fit commemoracio de antiphona que vocatur *O* que tunc habetur. Ad Magnificat cum eodem psalmo *Magnificat* cum oracione sine versiculo prout dictum est de ipsis antiphonis et oracione in officio ferie. Ad Matutinas vero, si festum predictum in feria IIII[a], VI[a] vel sabbato Quatuor Temporum evenerit, evangelium ferie currentis ad Matutinas legatur, et fiant de ipso due ultime lectiones. Et tunc fiat commemoracio de feria ut in regula / (f. 61[v]) Laudum que deberetur dici in die sancto(!) Thome habetur.

(632) IN FESTO SANCTI THOME ad Nonam ymnus *Rerum deus tenax* cum cantu ymni *Verbum supernum*. Ant. *Quia vidisti me Thoma*. Cap. *Per manus autem*. ℟ *Nimis honorati*. Oracio *Da nobis quesumus domine*. Ista oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorrium. Ad Vesperas psalmos feriales. Capitulum, responsorium, ymnus ut in communi apostolorum habentur. Et cantetur *Conditor* cum cantu duplici et in fine non dicitur ℣ *Laus honor*, sed dicitur ℣ *Deo patri sit gloria*. ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Dum steteritis*. Oracio ut supra, commemoracio ut supra de feria. Ad Completorium ymnus *Iesu redemptor* cantetur ad cantum suum proprium. Ad Nunc dimittis Ant. *Paratus esto* etc. sine precibus.

(633) Ad Matutinas Invit. *Gaudete*. Ymnus *Exultet* cum cantu ymni *Verbum supernum*. Cetera ut in communi apostolorum. Lectiones *Cum apostolus domini Thomas*. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Thomas unus ex duodecim*. Ps. *Te deum*. ℣ *Ora pro nobis*.

(634) In Laudibus Ant. *Thomas*. Ps. *Dominus regnavit*. Cap. *Iam non estis*. Ymnus *Eterna Christi munera* cum cantu ymni *Vox clara*. ℣ *Annunciaverunt*. Ad Benedictus Ant. *O Thoma qui dicitur*. Oracio ut supra. Commemoracio de feria.

(635) Et si istud festum dominica evenerit, feria II[a] sequenti celebretur. Et in ipsa dominica post *Benedicamus* dicitur antiphona videlicet *Nolite timere quinta enim*. Si vero in alia die evenerit, eadem die celebretur, et antiphona predicta post *Benedicamus* etc. dicatur ut supra.

(636) Ad Primam ymni cantentur ad cantum ymni *Verbum supernum*. Ant. *Thomas qui dicitur*. Cap. *Omnis honor*. ℟ *Christe Iesu*. Oracio *Domine sancte pater*. Ad Magnificat Ant. *Mitte manum tuam*.

(637) Ad Sextam Ant. *Misi digitos*.

(638) Ad Nonam Ant. *Quia vidisti me Thoma*. Cetera omnia ut in communi habentur. Ad Vesperas Ant. *Iuravit dominus*. Cap. *Iam non*

*estis.* ℟ *O quam pulchra.* Ymnus, versus ut supra in primis Vesperis habentur. Ad Magnificat Ant. *Tradentem.* Versus, oracio, commemoracio et ad Completorium ut supra.

(639) Item sciendum est quod si duo festa continua evenerint, si primum fuerit duplex et secundum simplex, de duplici totum fiat et commemoracio tantum de simplici in secundis Vesperis. Si vero simplex precedat et duplex sequatur, de duplici fiat Nona in festo simplici, et Vespere de simplici donec ad capitulum / (f. 62r) et a capitulo totum fiat de duplici, et commemoracio de simplici. Item si duo eque duplicia consequantur se, secunde Vespere fiant de primo duplici usque ad capitulum et a capitulo de sequenti, et commemoracio de primo duplici. Item si duo duplicia consequantur se quorum primum sit maius duplex, in secundis Vesperis totum fiat de primo duplici, et commemoracio tantum in secundis Vesperis predictis de sequenti, sicut de Matheo et Mauricio, eciam de Michaele et Ieronimo. Si vero minus duplex precedat et maius sequatur, Nonam propriam festum sequens non habebit, sed fient secunde de precedenti usque ad capitulum et a capitulo incipiatur maius duplex et totum fiat de ipso et commemoracio de precedenti velud de Angnete et Vincencio. De aliis festis plus quam duplicibus dicetur in suo loco ut de Annunciacione, Tyburcio et Valeriano, Trinitate et Iohanne Baptista. Item si duo novem lectionum consequantur se quorum minus precedat et maius sequatur, secunde Vespere fiant de precedenti usque ad capitulum et a capitulo de sequenti et commemoracio de precedenti sicut de Ymerio et Briccio. Item si maius precedat et minus sequatur, totum fiat de primo et commemoracio de sequenti prout de octava Ascencionis et Translacione beati Nicholay etc. De proprio oratore fiat prout in ordinario in pluribus locis sepe dictum est.

Item festum duplex incipit in Nona et terminatur in Completorio sequentis diei, et festum novem lectionum incipitur in Vesperis et terminatur ut supra, et festum trium leccionum incipitur in Vesperis a capitulo et terminatur in Nona sequentis diei. Et nota quod hoc fit quando habent per se incipere et finiri sine aliqua occupacione etc.

(640) IN FESTO SANCTI FELICIS CONFESSORIS oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut ad.*

(641) IN FESTO SANCTI SUPPLICII ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Sacerdos et pontifex.* Cetera ut in unius confessoris et pontificis de festis trium lectionum habentur. Oracio *Deus qui beatum Susplicium.*

(642) IN FESTO BEATI MARCELLI PAPE ET MARTIRIS ad Magnificat sive in commemoracione *Qui dum esset summus pontifex.* Ad Benedictus sive in commemoracione Ant. *Hic vir despiciens mundum.* Oracio *Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi.*

(643) IN FESTO BEATI ANTHONII ad Vesperas psalmi feriales, cetera ut in communi unius confessoris non pontificis de / (f. 62v) festis novem lectionum habentur. Ad Magnificat Ant. *Vox de celis.* Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Deus qui concedis obtentu* etc. Legenda *Igitur beatus Anthonius nobilibus.* Ps. *Te Deum.* ℣ *Ora pro nobis beate.* Cetera ut supra dictum est.

(644) IN FESTO BEATE PRISCE VIRGINIS ET MARTIRIS fiat ut in communi unius virginis de festis trium lectionum habetur. Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut qui beate.*

(645) IN FESTO BEATORUM FABIANI ET SEBASTIANI MARTIRUM ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Scimus quoniam diligentibus.* ℟ *Elegit.* Ymnus *Sanctorum meritis.* ℣ *Letamini.* Ad Magnificat Ant. *Elegit dominus virum.* Oraciones sequentes dicantur unam post aliam sub una terminacione videlicet *Infirmitatem nostram. Deus qui beatum Sebastianum.*

(646) Ad Matutinas Invit. *Regem martirum.* Ymnus *Rex gloriose.*

(647) In I° Nocturno Ant. *Sebastianus.* Ps. *Beatus vir* etc. ut in libro. ℣ *Letamini.* Legenda *Sebastianus vir christianissimus.* Primum ℟ *Sebastianus dei.* Secundum ℟ *Sebastianus vir.* Tercium ⟨℟⟩ *Erat namque* etc.

(648) In II° Nocturno Ant. *Ad hoc tantum.* Ps. *Verba mea.* ℣ *Iusti autem.* Quartum ℟ *Christo cotidie.* Quintum ⟨℟⟩ *Zoe uxor Nicostrati.* Sextum ⟨℟⟩ *Egregie dei martir.*

(649) In III° Nocturno Ant. *Sebastianus dixit.* Ps. *Conserva.* ℣ *Exultent iusti.* Septimum ℟ *Elegit dominus.* Octavum ⟨℟⟩ *In isto loco.* Nonum ⟨℟⟩ *Beatus es tu.* Ps. *Te deum.* ℣ *Iusti autem.*

(650) In Laudibus Ant. *Sebastianus dei.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *Sancti per fidem.* Ymnus *Eterna Christi munera.* ℣ *Iustorum.* Ad Benedictus Ant. *Beatus es et bene tibi erit.* Oraciones ut supra et ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus. Ad horas usque ad horam None antiphone de Laudibus dicantur per ordinem. Capitula, responsoria ut in communi plurimorum martirum habentur. Oracio ut supra.

(651) Ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Iesu corona virginum.* Ant. *Congaudete.* Cap. *Confitebor.* ℟ *Audi filia et.* Oracio

*Omnipotens sempiterne deus qui infirma,* et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium.

(652) Ad Vesperas Ant. *Sebastianus dixit* ⟨*ad Nicostratum*⟩ super psalmos sequentes videlicet *Dixit dominus. Confitebor. Credidi. In convertendo. Eripe me.* Cap. *Virgo cogitat.* ℟ *Regnum mundi.* Ymnus *Virginis proles.* ℣ *Difusa.* Ad Magnificat Ant. *Christi virgo.* Oratio *Omnipotens sempiterne deus* etc. Commemoracio sanctorum Ant. *Egregie dei.* ℣ *Letamini.* Oraciones ut supra.

(653) ⟨IN FESTO SANCTE AGNETIS⟩ ad Matutinas Invit. *Agnum sponsum.* Ymnus *Virginis proles.*

(654) In I° Nocturno Ant. / (f. 63r) *Discede a me.* Ps. *Domine dominus noster* etc. cum aliis. ℣ *Difusa est.* Legenda ipsius virginis *Servus Christi Ambrosius.* Primum ℟ *Diem festum.* Secundum ℟ *Dexteram meam.* Tercium ℟ *Amo Christum.*

(655) In II° Nocturno Ant. *Induit me dominus.* Ps. *Eructavit* etc. cum aliis. ℣ *Specie tua.* Quartum ℟ *Omnipotens adorande.* Quintum ℟ *Ipsi sum* (*sunt* cod.). Sextum ℟ *Audivi vocem.*

(656) In III° Nocturno Ant. *Cuius pulcritudinem.* Ps. *Cantate I.* ℣ *Audi filia.* Septimum ℟ *Induit me dominus.* Octavum ⟨℟⟩ *Iam corpus.* Nonum ℟ *Quinque prudentes.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(657) In Laudibus Ant. *Ingressa Agnes.* Ps. *Dominus regnavit* etc. cum aliis antiphonis et psalmis. Cap. *Qui gloriatur.* Ymnus *Iesu corona virginum.* ℣ *Adiuvabit eam.* Ad Benedictus Ant. *Beata Agnes.* Oracio ut supra.

(658) Ad horas ymni cantentur ad cantum ut supra ad Nonam etc. Antiphone de Laudibus dicantur per horas et ultima ad Nonam dicatur. Capitula, responsoria unius virginis.

(659) ⟨IN FESTO SANCTI VINCENTII⟩ ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos videlicet *Letatus sum. Ad te levavi. Nisi quia. Qui confidunt. In convertendo.* Cap. *Iustus si morte.* ℟ *Valerius igitur.* Ymnus *Beate martir.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Sacram presentis diei.* Oracio *Adesto domine.* Commemoracio Agnetis Ant. *Stans beata Agnes.* ℣ *Difusa.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui infirma.*

(660) Ad Matutinas Invit. *Vincentem mundum.* Ymnus *Beate martir.*

(661) In I° Nocturno Ant. *Beatus Vincencius.* Ps. *Beatus vir* etc. ut in libro. ℣ *Gloria et honore.* Lectiones videlicet *Probabile* (*Parabole* cod.) *satis est* etc. Primum ℟ *Sacram presentis diei.* Secundum ⟨℟⟩ *Beatus Vincencius.* Tercium ⟨℟⟩ *Levita Vincencius.*

(662) In II° Nocturno Ant. *Tanto namque.* Ps. *Cum invocarem* etc. cum aliis. ℣ *Posuisti.* Quartum ℟ *Ecce iam in sublime.* Quintum ⟨℟⟩ *Assumptus.* Sextum ⟨℟⟩ *Angnosce.*

(663) In III° Nocturno Ant. *Beatus Vincencius.* Ps. *In domino confido* cum aliis. ℣ *Mangna est.* Septimum ⟨℟⟩ *Beatus dei adleta.* Octavum ⟨℟⟩ *Gloriosus dei.* Nonum ℟ *Christi miles.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(664) In Laudibus Ant. *Assumptus ex.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *Placens deo.* Ymnus *Christi miles.* ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *Egregius dei martir.* Oracio ut supra.

(665) Et nota quod si festum beate Angnetis post Septuagesimam evenerit, nulla fiat commemoracio de ipsa infra / (f. 63ᵛ) suas octavas quas habet. In octava vero fiat tunc commemoracio tantum ad Vesperas et ad Matutinas de antiphonis de suis Laudibus. Si vero ante Septuagesimam evenerit, fiat tantum commemoracio infra octavas de ipsa. Et sic in hac die ad Matutinas post oracionem sancti Vincencii fiat commemoracio de antiphona videlicet *Ingressa Agnes.* ℣ *Adiuvabit.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus.* Ad horas antiphone de Laudibus et ultima antiphona de Laudibus ad Nonam dicatur. Capitula, responsoria unius martiris et ymni horarum ad cantum ymni *Beate martir* cantetur.

(666) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos unius martiris. Cap. *Non recedet ⟨a⟩ me.* ℟ *Christi miles preciosus.* Loco ymni dicitur prosa videlicet *Vernabas roseo.* Ad Magnificat Ant. *Beatus Vincencius.* Oracio ut supra. Post *Benedicamus* fiant commemoraciones sequentes primo de sancto Bernardo de Ant. *Sacerdos et pontifex.* ℣ *Amavit eum.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus,* quere in communi. Alia commemoracio *Simile est regnum.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Beate Emerenciane martiris tue,* quere in communi. Alia commemoracio *Mecum enim habeo.* ℣ *Ora pro nobis.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(667) In crastino sancti Vincencii fiat officium de beato BERNARDO videlicet ut in ordine de festis trium lectionum habetur et commemoracio de sancta EMERENCIA, ad Matutinas Ant. *Simile est regnum celorum homini negociatori que.* ℣ *Adiuvabit eam.* Oracio ut supra. Alia commemoracio ut supra. Ant. *Anulo suo.* ℣ *Ora pro nobis.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus.*

(668) Et nota quod festum sancte Angnetis habet aliquas octavas. In quibus octave, si ante Septuagesimam evenerint, prout supra iam dictum est, fiat de ipsa commemoracio tantum videlicet ad Vesperas et ad

Matutinas de antiphonis de Laudibus et dicantur per ordinem. Et si festum trium lectionum vel Nocturnus evenerit, fiat de ipso vel de Nocturno ferie currentis. Et de beata Angnete commemoracio tantum ut supra habetur. ℣ *Ora pro nobis.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(669) In octava vero sancte Angnetis fiant de ipsa novem psalmi cum antiphonis ut in die habentur. Tres lectiones de epistolis Pauli. Tria responsoria de responsoriis diei secundum varietatem ferie currentis. Et psalmus videlicet *Te deum* non dicitur. Cetera ut in octava habentur, nisi sit dominica vel dies in qua fiet de beata virgine, quia tunc solummodo fiet commemoracio de ipsa de antiphona videlicet *Ecce quod concupivi.* ℣ *Difusa.* Ad Matutinas / (f. 64r) Ant. *Congaudete.* ℣ *Adiuvabit.* Oracio ut in octava habetur etc.

(670) IN FESTO BEATI THYMOTEI APOSTOLI ad Vesperas psalmos feriales. Capitulum etc. ut in communi apostolorum de festis trium lectionum habetur.

(671) Item eodem die fiet commemoracio beati BABILE episcopo (!) et martire videlicet de Ant. *Beatus qui suffert.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus,* quere in communi ut supra. Commemoracio beate Angnetis ut supra etc. Et si dies dominica vel dies in qua fit de beata virgine fuerit, tunc fiat de beato Thymoteo commemoracio tantum ut de consimilibus fieri consuetum est. Et si fiat de ipso ad Matutinas, tercium ℟ *Fuerunt sine querela* etc. quere in communi apostolorum. Ps. videlicet *Te deum* non dicitur. ℣ *Annunciaverunt.*

(672) In Laudibus Ant. *Hoc est preceptum* super psalmos de Laudibus. Cap. *Iam non est.* Ymnus *Eterna Christi* cum cantu feriali. ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Ecce ego mitto* sive in commemoracione. Oracio cum commemoracionibus fiendis ut supra. Ad horas ut in communi habetur.

(673) IN CONVERSIONE PAULI ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Ego sum minimus apostolorum.* ℟ *Bonum certamen.* Ymnus *Doctor egregie. Sit trinitati.* ℣ *In omnem terram* etc.

(674) Ad Magnificat Ant. *Elegit dominus virum.* Oracio *Deus qui multitudinem gencium.* Commemoracio PREIECTI martiris. Ant. *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Martiris tui Preiecti.* Alia commemoracio si tempus requirat ut supra. Ad Completorium et ad Primam parve preces dicantur.

(675) Ad Matutinas Invit. *Gaudete et exultate.* Ymnus *Exultet.*

(676) In I° Nocturno Ant. *Qui operatus est Petro.* ℣ *Qui me segregavit.* Et nota quod post psalmum antiphona non dicitur primo, sed dicitur versiculus qui post ipsam antiphonam habetur et in fine versiculi incipitur dicta antiphona. Et sic fiat de consimilibus. Ps. *Celi enarrant* etc. ut in libro habetur. ℣ *In omnem terram.* Sermo beati Augustini episcopi *Verba apostoli audivimus.* Primum ℟ *Qui operatus est.* Secundum ⟨℟⟩ *Scio cui.* Tercium ⟨℟⟩ *Bonum certamen.*

(677) In II° Nocturno Ant. *Tu es vas.* Ps. *Omnes gentes* etc. ℣ *Constitues eos.* Quartum ℟ *Reposita est michi.* Quintum ⟨℟⟩ *Audistis.* Sextum ⟨℟⟩ *Cum autem.*

678) In III° Nocturno Ant. *Saulus qui et Paulus.* ⟨℣⟩ *Nimis honorati sunt.* Lectio sancti evangelii secundum Matheum *In illo tempore Dixit Symon Petrus.* Septimum ⟨℟⟩ *Saulus autem.* / (f. 64ᵛ) Octavum ⟨℟⟩ *Gracia dei.* Nonum ⟨℟⟩ *Mangnus sanctus Paulus.* Ps. *Te deum.* ℣ *Annunciaverunt opera dei.*

(679) In Laudibus Ant. *Ego plantavi* cum versiculo ut supra dictum est. Ps. *Dominus regnavit decorem.* Cap. *Ego sum minimus.* Ymnus *Eterna Christi munera.* ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Vos qui secuti.* Oracio ut supra. Commemoracio Ant. *Hic vir despiciens.* ℣ *Iustus ut palma.* Oracio et alia commemoracio ut supra. Et ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus cante⟨n⟩tur.

(680) Ad horas versiculi antiphonarum de Laudibus non dicantur. Et sic ad Primam Ant. *Ego plantavi.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* Oracio *Domine sancte pater.*

(681) Ad Terciam Ant. *Libenter.* Cap. *Ego enim delibor.* ℟ *In omnem terram.* Oracio *Deus qui multitudinem.*

(682) Ad Sextam Ant. *Sancte Paule.* Cap. *Reposita est michi.* ℟ *Constitues.* Oracio ut supra.

(683) Ad Nonam Ant. *Gracia dei.* Cap. *Bonum certamen.* ℟ *Nimis honorati sunt.*

(684) Ad Vesperas Ant. *Ter virgis cesus sum* super psalmos unius apostoli. Cap. *Bonum certamen.* Ymnus *Doctor egregie.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Vos qui reliquistis omnia.* Oracio et commemoracio Agnetis ut supra.

685) Agnetis secundo ad Vesperas psalmi feriales. Cap. *Virgo cogitat.* Ymnus *Virginis proles.* ℣ *Difusa est.* Ad Magnificat Ant. *Ecce quod concupivi.* Oracio *Deus qui nos annua.*

(686) Ad Matutinas Invit. *Regem virginum* etc. Ymnus, antiphone, psalmi ut in die. Versus ante lectiones prout de communi secundum exi-

genciam ferie currentis. Lectiones de epistolis Pauli. Tria responsoria de responsoriis diei prout consuetum est. Psalmus videlicet *Te deum* non dicitur.

(687) In Laudibus Ant. *Ingressa Agnes* super psalmos Laudum. Cap. *Qui gloriatur in domino.* Ymnus *Iesu corona virginum* cum cantu feriali. ℣ *Adiuvabit eam.* Ad Benedictus Ant. *Congaudete mecum.* Oracio ut supra.

(688) Ad Primam Ant. *Ingressa Agnes* etc. ut ad Primam in consimilibus habetur.

(689) Ad Terciam Ant. *Mecum enim habeo.*

(690) Ad Sextam Ant. *Annulo suo.*

(691) Ad Nonam ⟨Ant.⟩ *Benedico te.*

Capitula, responsoria usque ad Vesperas ut supra in die habentur. Oracio ut supra.

(692) IN FESTO BEATI URSI ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Similabo eum.* Oracio *Deus qui nos,* quere in communi unius confessoris non pontificis.

(693) Eodem die commemoracio beate BRIGIDE virginis. Ant. *Simile est enim regnum* / (f. 65r) *celorum decem.* ℣ *Difusa est.* Ad Matutinas commemoracio Ant. *Simile est enim regnum celorum homini.* ℣ *Adiuvabit eam.* Oracio *Beate virginis Brigide quesumus domine* etc.

(694) Nota quod si festum Purificacionis beate Marie virginis in aliqua dominica evenerit, excepto dominica Septuagesime, evangelium de dominica ad secundam feriam sequentem transferatur et in sabbato precedenti fiat private commemoracio de ipsa dominica videlicet de Ant. *Puer Iesus proficiebat.* ℣ *Vespertina.* Oracio dominice currentis. Et si in illa feria IIa festum evangelium habens fuerit, de evangelio dominicali fiant due ultime lectiones et fiat commemoracio de dominica in eadem IIa feria ad Benedictus et ad Magnificat de antiphonis que post ipsum evangelium sequuntur. Et sic fiat per anni circulum de consimilibus nisi de contrario videatur.

(695) Item infra octavas solempnes si missa de dominica cantetur vel si festum novem lectionum evenerit de quo festo fiat officium, totum officium de festo et missa de dominica ita solempniter ut si esset dominica. Et in horis neuma et preces non dicantur.

(696) Item si Purificacio feria IIa vel IIIa ante Septuagesimam evenerit, in sabbato sequenti fiant octave solempnes de eadem Purificacione. Et in feria VIa precedenti dicitur ad Magnificat antiphona videlicet *Senex puerum.* Cetera ut in octava habentur, et finiantur octave in hora None ipsius sabbati inclusive. Item si Purificacio in Va feria ante Septua-

gesimam evenerit, in sabbato sequenti fiant tantum novem psalmi et tres lectiones et in ultimo responsorio dicitur ℟ *Cum inducerent.*

(697) Item si festum sancti Blasii lune, martis vel mercurii ante Septuagesimam evenerit, fiant de beata Maria novem psalmi et tres lectiones ut infra octavas Purificacionis habentur.

(698) Et ad Primam dicitur ymnus videlicet *Memento salutis auctor.* Cap. *Ego mater.* ℟ *Ave Maria.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Omnipotens sempipiterne deus.* Cetera ut infra octavas habentur, excepto quod ymnus *Memento salutis* et psalmi consueti beate Marie dicantur per horas videlicet *Ad dominum cum tribularer.*

(699) Et de sancto Blasio fiat prout de consimilibus habetur infra octavas solempnes et ymni horarum ad cantum ymni *Deus tuorum militum* cantentur et in ymnis horarum sancti *Gloria tibi domine* non dicitur. / (f. 65v) Et fiat per totum illum diem duplex officium primo de sancto, postea de Purificacione ut supra habetur. Et dicantur in Vesperis beate Marie psalmi de Nativitate domini videlicet *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. De profundis. Memento domine.*

(700) Item si Purificacio feria IIIIa evenerit et dominica sequenti Septuagesima fuerit, feria VIa sequenti Vespere de Purificacione dicantur donec ad capitulum, et a capitulo de beata Agatha ut in libro habetur.

(701) Et in commemoracione Purificacionis dicitur Ant. *Senex puerum.* ℣ *Accipiens Symeon.* Oracio *Omnipotens sempiterne.* Completorium solum de Purificacione dicitur et in sabbato sequenti fiat duplex officium primo de virgine ut in libro habetur de ipsa, postea de Purificacione novem psalmi et tres lectiones cum duobus responsoriis diei. Et in tercio responsorio non dicitur ℟ *Gaude Maria virgo,* sed dicitur responsorium videlicet *Cum inducerent.* Et in Laudibus sola antiphona dicitur que tunc per ordinem habetur. Cetera donec ad Vesperas ut supra in festo beati Blasii dictum est. Et Vespere de beata Agatha donec ad capitulum dicantur et a capitulo de Septuagesima, et commemoracio de virgine de Ant. *Beata Agatha.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Deus qui inter cetera.* ⟨Ad⟩ Completorium parve preces dicantur. Et ymni horarum sive sit ante Septuagesimam sive post cantentur ad cantum ymni *Iesu corona virginum.*

(702) Item si Purificacio feria IIIIa evenerit et in dominica sequenti Septuagesima non fuerit, in primis Vesperis beate Agathe fiant Vespere de beata Maria ut infra octavas habentur donec ad capitulum, et a capitulo de beata Agatha et commemoracio de Purificacione de Ant. *Accipiens Symeon.* Completorium de Purificacione solum dicitur.

(703) Item si Purificacio feria VIa ante Septuagesimam evenerit,

sabbato sequenti fiat duplex officium primo de sancto Blasio, postea de Purificacione ut supra habetur donec ad capitulum, et a capitulo de Septuagesima et commemoracio de sancto de Ant. *Beatus vir qui suffert.* Oracio *Deus tuorum virtus.* Ad Completorium parve preces dicantur ut iam dictum est.

(704) IN FESTO PURIFICACIONIS BEATE MARIE VIRGINIS ad Nonam Ant. *Obtulerunt pro eo.* Cap. *Qui audit me.* ℟ *Audi filia.* Oracio *Exaudi quesumus domine.*

(705) Ad Vesperas antiphone videlicet *O admirabile,* quere in Laudibus Circumcisionis domini, et dicantur super psalmos sequentes videlicet *Dixit dominus. Confitebor.* / (f. 66r) *Beatus vir. De profundis. Memento.* Cap. *Ecce ego mitto.* ℟ *Videte miraculum.* Ymnus *Quod chorus vatum.* Ad Magnificat ante et post ⟨Ant.⟩ *Senex puerum.* Oracio *Exaudi quesumus domine.* Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix.* Cap. *Multe filie.* ℣ *Benedicta tu.* Ad Nunc dimittis Ant. *In prole mater.* Oracio ut supra nec mutetur istud Completorium infra octavas nec in octava si habeat etc.

(706) In die ad Matutinas Invit. *Ecce venit ad templum.* Ymnus *Fit porta.*

(707) In I° Nocturno Ant. *Benedicta tu.* Ps. *Domine dominus noster* etc. ut in libro habetur. ℣ *Difusa est.* Sermo beati Augustini episcopi *Primus homo quo cadente.* Primum ℟ *Adorna thalamum.* Secundum ℟ *Symeon iustus.* Tercium ℟ *Beatam me dicent.*

(708) In II° Nocturno Ant. *Ante thorum.* Ps. *Eructavit* etc. ℣ *Specie tua.* Quartum ℟ *Suscipiens Iesum in.* Quintum ℟ *Responsum accepit.* Sextum ℟ *Speciosus forma.*

(709) In III° Nocturno Ant. *Gaude Maria* etc. ℣ *Audi filia.* Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Postquam impleti sunt.* Septimum ℟ *Videte miraculum.* Octavum ℟ *Beata es Maria.* Nonum ℟ *Gaude Maria virgo.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Accipiens Symeon.*

(710) In Laudibus Ant. *Symeon iustus* etc. ut in libro cum omnibus antiphonis et psalmis. Cap. *Ego quasi vitis.* Ymnus *O gloriosa domina.* ℣ *Accipiens.* Ad Benedictus ante et post Ant. *Cum inducerent.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(711) Ad horas, si ante Septuagesimam evenerit, post psalmos loco antiphone dicitur semel *Alleluia.* ℣ *Adorabo ad templum.* Oracio ut supra. Si vero post Septuagesimam evenerit antiphone, capitula, responsoria et oraciones dicuntur ut infra octavas habentur.

(712) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos ut supra. Post sequitur *Alleluia Adorabo* etc. Prosa *Tu civitas regis*. Ad Magnificat antiphona ante et post *Hodie Maria virgo*. Oracio ut supra.

(713) Item notandum quod si post Septuagesimam evenerit vel in dominica Septuagesime ad Vesperas post psalmos cum antiphonis ut supra dicitur Cap. *Ecce ego mitto.* ℟ *Gaude Maria* cum prosa videlicet *Inviolata*. Ad Magnificat antiphone et oracio ut supra. Et post *Benedicamus* fiat private commemoracio de sancto Blasio nisi in dominica Septuagesime evenerit. Quod si evenerit, tunc ad secundam feriam transferatur.

(714) Et nota quod nos in ista ecclesia post *Benedicamus* dicimus unum responsorium videlicet *O virtutum* et post unum *Magnificat* super Ant. *Salve martir.* ℣ ⟨*Gloria et honore*⟩ (getilgt). Oracio ut in / (f. 66ᵛ) libro habetur. Et sic eodem modo facit ecclesia cathedralis propter reliquias quas habet etc.

(715) Ad Completorium post psalmos et Ant. *Alleluia* dicitur, vel dicitur *Laus tibi domine rex eterne glorie*. Ymnus Completorii *Ave maris stella dei mater alma. Sancta Maria.* Chorus *Sancta et sancta Maria.* Cantores *Atque semper virgo felix celi porta. Sancta Maria.* Chorus *Sancta et sancta Maria.* Et sic de aliis versiculis sequentibus. Et in fine semel dicitur *Amen*. Post dicitur Cap. *Multe filie.* ℣ *Benedicta tu in.* Ad Nunc dimittis Ant. *Lumen ad revelacionem.* Ps. *Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace.* ℣ *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Responsio *Secundum verbum tuum in pace.* ℣ *Quod parasti.* Responsio *Secundum verbum* sic per totum psalmum ut in libro. Et in fine Ant. *Lumen*. Oracio *Erudi quesumus domine.* Post *Benedicamus* Ant. *Ecce completa sunt.*

(716) IN FESTO BEATI BLASII ad Matutinas Invit. *Regem nostrum.* Ymnus *Deus tuorum*. Cetera ut de ipso habentur. Et sic nos qui habemus reliquias non dicimus preces nec neuma etc. Legenda etc. *Et enim in Sebastea civitate.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis beate.* In Laudibus etc. ut in libris habetur. Ad horas antiphone de Laudibus. Ad Benedictus et ad Magnificat ut in libris. Cetera omnia ut iam dictum est.

(717) Item infra octavas Purificacionis ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi ut in die. Lectiones eciam tam infra octavas quam in octava de istis legendis legantur. Et primo de residuo legende diei, postea de ista que sequitur ex omelia venerabilis Bede presbiteri *Solempnitatem nobis hodierne.* Ps. *Te deum* dicitur.

(718) In Laudibus Ant. *Symeon iustus* et dicantur per ordinem.

Capitulum, ymnus, versus ut in die. Ad Benedictus Ant. *Adorna thalamum.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus.*

(719) Ad Primam Ant. *O quam pulcra est.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu fili.* ℣ *Difusa est gracia.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(720) Ad Terciam Ant. *Tolle puerum et matrem.* Cap. *Ego mater.* ℟ *Difusa est.* Oracio *Perfice in nobis.*

(721) Ad Sextam Ant. videlicet *Revertere in terram.* Cap. *Spiritus domini.* ℟ *Specie tua.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(722) Ad Nonam Ant. *Obtulerunt pro eo.* Cap. *Qui audit me.* ℟ *Audi filia.* Oracio *Perfice quesumus in nobis.*

(723) Ad Vesperas Ant. *Symeon iustus* nec mutetur super psalmos etc. ⟨ut⟩ supra / (f. 67r) Cap. *Ecce ego mitto.* Ymnus *Quod chorus.* ℣ *Accipiens.* Ad Magnificat Ant. *Hec est que nescivit.* Alia Ant. *Beata mater.* Et dicantur per ordinem tam infra octavas quam in dominica si habeat. Oracio *Omnipotens sempiterne deus.* Ad Completorium ut in vigilia habetur.

(724) DOMINICA INFRA OCTAVAS ⟨PURIFICACIONIS⟩ ad Vesperas ut supra. Commemoracio de dominica Ant. *Puer Iesus.* ℣ *Vespertina.* Oracio dominice currentis. Ad Matutinas tres ultime lectiones fiant de evangelio dominice currentis. Alie lectiones de legenda que infra octavas habentur. Cetera ut in die excepto quod in responsorio videlicet *Gaude Maria* non dicitur ℣ *Gloria virtus,* sed post primum versum dicitur *Gloria patri* sine prosa que sequitur. Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Accipiens.* In Laudibus sola antiphona super psalmos etc. et dicitur illa antiphona que tunc per ordinem habetur. Cetera ut supra infra octavas habentur.

(725) IN OCTAVA PURIFICACIONIS ad Magnificat Ant. *Senex puerum.* Cetera ut infra octavas. Ad Matutinas ut in dominica infra octavas dictum est etc., excepto quod evangelium non legitur nisi octave essent in aliqua dominica ante Septuagesimam. Laudes ut in die. Ad horas ut infra octavas. Et oracio videlicet *Omnipotens sempiterne deus* dicitur ad omnes horas preter Completorium. Ad Magnificat Ant. *Hodie beata Maria.*

(726) IN FESTO BEATE AGATHE VIRGINIS ad Vesperas si post Septuagesimam evenerit psalmi feriales. Cap. *Virgo cogitat.* ℟ *Regnum mundi.* Ymnus *Virginis proles.* ℣ *Difusa.* Ad Magnificat Ant. *Beata Agathes.* Oracio *Deus qui inter cetera.* Completorium dicitur prout tempus requirit.

(727) Ad Matutinas Invit. *Angnum sponsum.* Ymnus *Virginis proles.*

(728) In I$^{o}$ Nocturno Ant. *Ingenua* etc. Legenda sic incipitur *Beatissime martiris Agathe passio recitatur.* Primum ℟ *Dum ingrederetur.* Secundum ℟ *Vidisti domine.* Tercium ⟨℟⟩ *Audi filia.*

(729) In II$^{o}$ Nocturno Ant. *Agathes sancta.* Quartum ℟ *Quis es tu.* Quintum ℟ *Ipse me coronavit.* Sextum ℟ *Agathes letissima.*

(730) In III$^{o}$ Nocturno Ant. *Nisi diligenter.* Septimum ⟨℟⟩ *Ego autem.* Octavum ⟨℟⟩ *Beata Agathes.* Nonum ℟ *Quinque prudentes.* Ps. *Te deum.* | (f. 67$^{v}$) ℣ *Ora pro nobis.*

(731) In Laudibus Ant. *Quis es tu qui.* Ps. *Dominus regnavit* ut in libro. Cap. *Qui gloriatur.* Ymnus *Iesu corona.* ℣ *Adiuvabit eam.* Ad Benedictus Ant. *Paganorum multitudo.* Oracio ut supra. Ad horas antiphone de Laudibus, capitula et responsoria ut ⟨in⟩ communi unius virginis.

(732) Ad Vesperas Ant. *Mentem san⟨c⟩tam.* Psalmos *Letatus sum* cum ceteris sequentibus. Cap. *Memorata sunt.* Ymnus *Virginis proles.* ℣ *Difusa.* Ad Magnificat Ant. *Beata Agathes.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(733) IN FESTO BEATE SCOLASTICE VIRGINIS ad Magnificat sive in commemoracione *Simile est regnum celorum decem virginibus.* Ad Benedictus Ant. *Simile est regnum celorum homini negociatori.* Oracio *Deus qui beate Scolastice.*

(734) IN FESTO BEATI VALENTINI MARTIRIS oracio *Presta quesumus.* Ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Hic est vere martir.* Oracio ut supra.

(735) Per Quadragesimam in festis IX lectionum ymni Vesperorum, Matutinarum sive Laudum cantantur ad cantum ymnorum Vesperorum et Matutinarum et Laudum dominicalium Quadragesime si cantus conveniat, excepto festo videlicet Annunciacionis beate Marie virginis. Ad alias vero horas diebus supradictis ymni cantentur ut in dominicis supradictis habentur.

(736) In cathedra et ad vincula Petri in ecclesia cathedrali neuma in antiphonis et ad Primam et Completorium parve preces dicuntur, quia non fiunt de ipsis nisi simpliciter IX lectiones etc.

(737) IN CATHEDRA SANCTI PETRI ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Petrus apostolus.* ℟ *Cornelius centurio.* Ymnus *Iam bone pastor.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Tu es pastor ovium.* Oracio *Deus qui beato Petro.*

(738) Ad Matutinas Invit. *Tu es pastor.* Ymnus *Exultet.*

(739) In Iº Nocturno Ant. *In plateis* etc. ut in libro. ℣ *In omnem terram.* Sermo beati Augustini episcopi *Institucio solempnitatis hodierne.* Primum ℟ *Symon Petre.* Secundum ⟨℟⟩ *Si diligis.* Tercium ⟨℟⟩ *Aperiens.*

(740) In IIº Nocturno ⟨Ant.⟩ *Factum est ut quedam* etc. ℣ *Constitues.* Quartum ⟨℟⟩ *Tu es Petrus.* Quintum ⟨℟⟩ *Domine si tu es.* Sextum ⟨℟⟩ *O claviger.*

(741) ⟨In IIIº Nocturno⟩ evangelium secundum Matheum *In illo tempore Venit Iesus in partes Cesaree.* Septimum ⟨℟⟩ *Tu es pastor.* Octavum ⟨℟⟩ *Quem dicunt.* Nonum ⟨℟⟩ *Petre amas.* Ps. *Te deum.* / (f. $68^{r}$) ℣ *Tu es Petrus.*

(742) In Laudibus Ant. *Petre amas me* cum aliis etc. ut in libro. Cap. *Benedictus deus et pater.* Ymnus *Eterna Christi.* ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Quem dicunt homines.* Oracio ut supra.

(743) Ad Primam Ant. *In plateis.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* Ad Terciam Ant. *Ait Petrus.* Cap. *In plateis.* ℟ *In omnem terram.* Ad Sextam Ant. *Petrus apostolus.* Cap. *Respondens Petrus.* ℟ *Constitues.* Ad Nonam Ant. *Cornelius centurio.* Cap. *In plateis.* ℟ *Nimis honorati.* Oracio ut supra. Ad Vesperas Ant. *Iuravit deus* etc. ut in communi apostolorum. Cap. *Respondens Petrus.* Ymnus *Iam bone pastor.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Quodcunque ligaveris.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(744) IN VIGILIA BEATI MATHIE APOSTOLI ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni de Laudibus apostolorum vel, si in Quadragesima evenerit, cum cantu ymnorum horarum dominice currentis. Ant. *Vestri capilli.* Cap. *Per manus autem.* ℟ *Nimis honorati.* Oracio *Deus qui beatum Mathiam.* Ad Vesperas psalmi feriales. Cetera ut in communi apostolorum de festis duplicibus habentur. Et si in Quadragesima evenerit, ymnus videlicet *Exultet celum* cantetur prout supra de ymnis Vesperorum habetur. Et Completorium dicitur prout in ipsa ebdomada Quadragesime habetur, excepto quod non dicitur ℟ *In pace* neque preces. Et simili modo hoc idem fiat de aliis festis duplicibus per Quadragesimam.

(745) IN DIE SANCTI MATHIE ad Matutinas Invit. *Gaudete et exultate.* Cetera ut in communi apostolorum habentur. Et de ymnis fiat ut supra iam dictum est. Et si istud festum in Quadragesima evenerit, tres ultime lectiones fiant de evangelio ferie currentis. Ad Matutinas legenda *Nos hodierna die beati Mathie.*

(746) In IIIº Nocturno Ant. *Beati qui persecucionem.* Ps. *Confitebimur* ut in libro habetur. Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.* Laudes apostolorum. Ad Benedictus Ant. *Tradent enim vos.* Oracio ut supra.

(747) Ad Primam Ant. *Ego vos elegi*. Cap. *Omnis enim homo*. Ad Terciam Ant. *Nolite timere*. Cap. *Ibant apostoli*. Ad Sextam Ant. *Non vos me elegistis*. Cap. *Per manus*. Ad Nonam Ant. *Vestri capilli*. Cap. *Per manus*. Ad Vesperas Ant. *Iuravit* ut in communi. Cap. *Iam non estis*. ℟ *O quam pulcri*. Ymnus *Exultet* cum cantu ⟨ut⟩ supra. / (f. 68v) ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Ecce ego*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(748) IN FESTO BEATI ALBINI EPISCOPI ET CONFESSORIS in commemoracione Ant. *Sacerdos et pontifex*. ℣ *Amavit eum*. Ad Matutinas commemoracio Ant. *Euge serve*. ℣ *Iustus germinabit*. Oracio *Da quesumus omnipotens deus*, quere in communi.

(749) IN FESTO BEATI GREGORII PAPE ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu Quadragesime. Ant. *Bis senos nummos*. Cap. *Labia sacerdotis*. ℟ *Iustus ut palma*. Oracio *Deus qui anime famuli Gregorii*. Ad Vesperas psalmi feriales. Cap. *Ecce sacerdos*. ℟ *Orante*. Ymnus cum cantu suo *Iste confessor*. ℣ *Amavit*. Ad Magnificat Ant. *Gloriosa sanctissimi*. Oracio ut supra. Ad Completorium ut supra de Quadragesima habetur sine precibus et neuma.

(750) Ad Matutinas Invit. *Ad dominum vigiles*. Ymnus *Iste confessor*.

(751) In I° Nocturno Ant. *Gregorius ortus* etc. ut in libro. ℣ *Amavit eum*. Lectiones *Gregorius episcopus urbis*. Primum ℟ *Fulgebat in venerando*. Secundum ⟨℟⟩ *Videns Rome*. Tercium ⟨℟⟩ *Dum oraret in*.

(752) In II° Nocturno Ant. *Gregorius*. ℣ *Iustum*. Quartum ℟ *Propter intollerabiles*. Quintum ⟨℟⟩ *Orante beatissimo*. Sextum ⟨℟⟩ *Vere felicem*.

(753) In III° Nocturno Ant. *Sex struxit*. ℣ *Iustus ut palma*. Septimum ⟨℟⟩ *Sanctus papa*. Octavum ⟨℟⟩ *Hodie preclarissimus*. Nonum ⟨℟⟩ *O pastor apostolice*. Ps. *Te deum*. ℣ *Ora pro nobis*.

(754) In Laudibus Ant. *Gregorius* etc. cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Statuit ei testamentum*. Ymnus *Iesu redemptor* cum cantu ut supra. Ad Benedictus Ant. *Christi fidelis*. Oracio ut supra. Commemoracio de feria.

(755) Ad horas antiphone de Laudibus et ultima ad Nonam dicatur. Ad Primam Cap. *Omnis homo*. Ad alias horas capitula, responsoria ut in communi unius confessoris et pontificis. Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos unius confessoris. Cap. *Talis enim*. ℟ *O pastor*. Ymnus *Iste confessor*. ℣ *Amavit eum*. Ad Magnificat Ant. *O Gregori dulcissimum* (*-mi* cod.). Oracio et ad Completorium ut supra.

(756) IN FESTO BEATI BENEDICTI fiat ut in communi unius confessoris non pontificis de festis IX lectionum habetur. Ad Magnificat Ant.

*Pater sanctus dum intentam*. Oracio *Deus qui nos annua*. Commemoracio de feria. Ad Completorium ut in diebus dominicis Quadragesime habetur si in Quadragesima evenerit.

(757) Ad Matutinas lectiones / (f. 69r) *Fuit vir vite venerabilis* etc. Item si in eadem feria evangelium fuerit, tres ultime lectiones fiant de eodem evangelio. Et post Ps. *Te deum* dicitur ℣ *Ora pro nobis beate*. Cetera ut supra de communi habentur. Ad Benedictus Ant. *Iste sanctus digne*. Oracio ut supra. Commemoracio de feria.

(758) Ad Primam Cap. *Omnis enim homo*. Ad Vesperas Ant. *Iuravit dominus*. Cap. *Dilectus deo et*. Ymnus *Iste confessor*. ℣ *Amavit*. Ad Magnificat Ant. *Sanctissime confessor*. Oracio et commemoracio ut supra. Cetera ut in communi habentur excepto quod istud officium dicitur prout in Quadragesima de consimilibus habetur.

(759) Nota quod si festum Annunciacionis beate Marie virginis in aliqua dominica Quadragesime evenerit, eadem die celebretur. Et invitatorium dominicale cum sermone in feria IIa sequenti dica[n]tur. Laudes de dominica per horas in predicta IIa feria et in IIIa feria sequenti compleantur. Si vero in dominica de Palmis evenerit, sabbato precedenti celebretur. Et in secundis Vesperis beate Marie fiat sola commemoracio de dominica. Et Completorium de beata Maria dica[n]tur. Eciam si in IIa feria post Ramis palmarum dictum festum beate Marie evenerit, in dominica de Palmis ab hora None totum fiat de beata Maria ut in libro habetur et commemoracio de dominica. Item si predictum festum beate Marie a Va feria ante festum Pasche usque ad Vam feriam sequentem evenerit, fiat de ipsa in feria Va post festum Pasche prout de ipsa in pasquali tempore habetur.

(760) IN VIGILIA ANNUNCIACIONIS BEATE MARIE ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Fit porta Christi*. Ant. *Emitte angnum*. Cap. *Egredietur*. ℟ *Audi filia*. Oracio *Deus qui de beate*. Ad Vesperas Ant. *Egredietur virga*. Ps. *Dixit dominus* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *Ecce virgo concipiet*. ℟ *Quomodo fiet istud*. Ymnus *Ave maris stella*. ℣ *Ave Maria gracia*. Ad Magnificat Ant. *Ingressus angelus*. Oracio *Deus qui de beate*. Commemoracio de feria vel de dominica si fuerit. Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix*. Cap. *Butirum et mel*. ℣ *Benedicta tu*. Ad Nunc dimittis Ant. *Speciosa facta est*. Oracio *Graciam tuam quesumus domine*. Hec oracio dicitur privatis diebus ad Completorium beate Marie ab ista die usque ad Trinitatem et ab Adventu domini usque ad Purificacionem.

(761) IN DIE ANNUNCIACIONIS Invit. *Ave Maria.* Ymnus *Quem terra.* / (f. 69v)

(762) In I° Nocturno Ant. *Missus est Gabriel.* Ps. *Domine dominus noster.* ℣ *Egredietur.* Lectiones Sermo beati Augustini episcopi *Castissimum Marie virginis.* Primum ℟ *Ingressus angelus.* Secundum ⟨℟⟩ *Benedicta tu.* Tercium ⟨℟⟩ *Maria* etc.

(763) In II° Nocturno etc. Quartum ℟ *Dixit angelus ad Mariam.* Quintum ⟨℟⟩ *Ecce concipies.* Sextum ⟨℟⟩ *Quomodo fiet istud* etc. Due ultime lectiones fiant de evangelio ferie currentis vel de dominica si evenerit excepto dominica de Palmis ut supra. Et in ultima benedictione dicitur *Alma virgo virginum.* Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Missus est.* Septimum ℟ *Dabit illi.* Octavum ⟨℟⟩ *Dixit autem Maria.* Nonum ⟨℟⟩ *Christi virgo.* Ps. *Te deum.* [Ant.] ⟨℣⟩ *Egredietur virga.*

(764) In Laudibus Ant. *Egredietur.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis psalmis et antiphonis etc. Cap. *Egredietur virga.* Ymnus *O gloriosa domina.* ℣ *Ave Maria.* Ad Benedictus Ant. *Quomodo fiet istud.* Oracio *Deus qui hodierna die verbum tuum.* Commemoracio ut supra.

(765) Ad Primam ymnus *Iam lucis orto* cum cantu ut iam dictum est. Ant. *Egredietur.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Qui natus est* etc. ℣ *Difusa est.* Oracio *Deus qui hodierna die.*

(766) Ad Terciam Ant. *Angelus domini.* Cap. *Ecce virgo concipiet.* ℟ *Difusa.* Oracio *Deus qui de beate Marie.*

(767) Ad Sextam Ant. *Rorate celi.* Cap. *Ecce dominus faciet.* ℟ *Specie tua.* Oracio *Graciam tuam.*

(768) Ad Nonam Ant. *Emitte domine.* Cap. *Egredietur virga.* ℟ *Audi filia.* Oracio *Deus qui de beate Marie.*

(769) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos beate Marie. Cap. *Ecce virgo concipiet.* ℟ *Christi virgo.* Ymnus *Ave maris stella.* Ad Magnificat Ant. *O virgo virginum.* Oracio *Deus qui hodierna die.* Commemoracio ut supra. Ad Completorium ymnus etc. ut in Completorio precedenti. Ad Nunc dimittis Ant. *Alma redemptoris.* Oracio *Graciam tuam.*

(770) Item de beata Maria quando celebratur post festum Pasche infra ebdomadam paschalem feria IIIIa ad Nonam, dicto *Pater noster* ut moris est, dicitur *Deus in adiutorium.* Post sequuntur tantum psalmi videlicet *Mirabilia* cum ceteris psalmis. Post psalmos sequitur Ant. *Alleluia.* ℣ *Hec dies.* Oracio *Deus qui de beate Marie.* Ad Vesperas non dicitur *Deus in adiutorium* sed dicto *Pater noster* etc. dicuntur *Kyrieleyson* cum cantu videlicet *Kyrie fons bonitatis* etc. / (f. 70r) Super psalmos

Ant. *Alleluia* quatuor. Ps. *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir.* Post sequitur ℟ *Hec dies.* ℣ *Dextera domini. Alleluia.* ℣ *Ave Maria.* Prosa *Diva missus ita reddit.* Ad Magnificat antiphona ante et post videlicet *Ingressus.* Oracio *Deus qui de beate. Benedicamus domino alleluia.* Post sequitur commemoracio de feria de antiphona videlicet *Dixit discipulus ille.* ℣ *Quem queris.* Oracio *Presta quesumus domine.* Eundo ad fontes. Ant. *In Galileam.* ℣ *In resurrectione tua.* Oracio *Deus qui nos festa.* Ad crucem *Christus resurgens.* ℣ *Dicant nunc Iudei.* Oracio *Tribue quesumus omnipotens deus.* Prosa *Virginis in laude.* Ad Completorium dicitur *Converte nos. Deus in adiutorium.* Ps. *Cum invocarem* cum ceteris psalmis. Ant. *Alleluia.* Post sequitur ad Nunc dimittis Ant. *Speciosa facta est* cum *Alleluia* in fine antiphone. Oracio *Graciam tuam.*

(771) Ad Matutinas Invit. *Alleluia ave Maria.* Ymnus non dicitur.

(772) In I° Nocturno Ant. *Missus est Gabriel.* Ps. *Domine dominus noster* etc. ut in libro. ℣ *Egredietur virga.* Prima lectio dicitur de evangelio videlicet *Missus est Gabriel.* Secunda et tercia de evangelio ferie currentis. Primum ℟ *Ingressus angelus.* Secundum ⟨℟⟩ *Quomodo fiet istud.* Tercium ⟨℟⟩ *Christi virgo.* Ps. *Te deum.* ⟨Ora pro⟩. In Laudibus ut in die et semper cum uno *Alleluia* in fine antiphone. Capitulum, ymnus, versus non dicantur. Ad Benedictus antiphona ante et post *Quomodo fiet.* Oracio *Deus qui hodierna die verbum tuum.* Commemoracio de feria de Ant. *Maria stabat.* ℣ *Tulerunt.* Oracio *Deus qui diversitatem.*

(773) Ad horas dicto *Deus in adiutorium* dicuntur tantummodo psalmi. Post psalmos sequitur Ant. *Alleluia.* ℣ *Hec dies.* Ad Primam oracio *Deus qui hodierna die per unigenitum tuum et veritatis nobis aditum.* Ad Terciam et Nonam oracio *Deus qui de beate Marie.* Ad Sextam oracio *Graciam tuam.*

(774) Ad Vesperas loco *Deus in adiutorium* dicuntur *Kyrie* cum cantu *Cunctipotens genitor.* Cetera ut supra in primis Vesperis. Post psalmos sequitur ℟ *Hec dies.* ℣ *Lapidem. Alleluia.* ℣ *Ave Maria.* Prosa *Tu civitas regis.* Ad Magnificat antiphona ante et post *O virgo virginum.* Oracio *Deus qui hodierna die verbum tuum.* Commemoracio de feria Ant. *Venit Maria.* / (f. 70v) ℣ *Noli flere Maria.* Oracio *Deus qui nobis ad celebrandum.* Eundo ad fontes antiphone, psalmi ut in primis Vesperis. Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut ecclesia tua.* Ad crucem totum ut supra. Oracio *Multiplica quesumus domine fidem.* Prosa *Virginis in laude.* Ad Nunc dimittis Ant. *Alma redemptoris.* Cetera ut in Completorio precedenti.

(775) Nota quod si festum beati Ambrosii in sabbato Ramis palmarum evenerit, a capitulo fiat de dominica et commemoracio de sancto et in

Completorio responsorium videlicet *In manus* sine *Gloria patri* dicatur. Si vero in IIª feria post Ramis palmarum evenerit, totum fiat de dominica et commemoracio de festo. Cetera fiant de ipso in IIª feria predicta, ut habetur in libro.

(776) IN FESTO BEATI AMBROSII in Quadragesima existentis ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni horarum dominice Quadragesime currentis. Ant. *Ecce vere Israelita.* Cap. *Labia sacerdotis.* ℟ *Iustus ut palma.* Oracio *Deus qui hodiernam diem* et dicitur hec oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Vesperas psalmi feriales. Cap. *Ecce sacerdos mangnus.* ℟ *Iustus ut palma.* Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit.* Ad Magnificat Ant. *Sacerdos et pontifex.* Oracio ut supra. Commemoracio de feria. Ad Completorium ℟ *In manus* et dicitur *Gloria patri,* sive ante dominicam passionis sive post, usque ad Vam feriam ante festum Pasche. Cetera sine precibus et neuma ut in Completorio dominice currentis habentur.

(777) Ad Matutinas ut in communi unius confessoris et pontificis habetur de festis duplicibus. Lectiones *Igitur posito* etc. et tres ultime lectiones de evangelio ferie currentis si habeat, et ymni cantentur cum cantu quadragesimali ut supra dictum est. Post psalmum videlicet *Te deum* dicitur ℣ *Ora pro nobis.* Post oracionem diei fiat commemoracio de feria. Cetera per horas ut in communi habentur. Ad Primam Cap. *Omnis enim homo.* Ad Vesperas ℟ *Sint lumbi vestri.* Oracio et commemoracio ut supra et ad Completorium.

(778) In Nativitate sancti Ambrosii si tempore paschali evenerit et Nonam propriam habere potuerit, ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Sermone blando.* Ant. *Stola iocunditatis.* Cap. *Labia sacerdotis.* ℟ *Iustus ut palma.* Oracio *Deus qui hodiernam diem sacratissimam.*

(779) Ad Vesperas antiphona de feria currenti / (f. 71r) videlicet *Alleluia* super psalmos feriales. Cap. *Ecce sacerdos mangnus.* Ymnus *Iste confessor* cum cantu suo solempni sine versiculis, quia non conveniunt cantui predicto videlicet *Quesumus auctor* vel *Gloria tibi domine.* ℣ *Amavit eum dominus.* Ad Magnificat Ant. *Filie Ierusalem.* Oracio ut supra. Ad Completorium ut in pasquali tempore habetur.

(780) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem confessorum.* Ymnus *Iste confessor* etc. ut supra. In Nocturno Ant. *Beatus vir.* ⟨Ps. *Beatus vir*⟩. *Quare fremuerunt. Domine quid multiplicati.* ℣ *Amavit.* Lectiones de legenda predicta. Primum ℟ *Beatus vir qui metuit.* Secundum ⟨℟⟩ *Preciosa in conspectu.* Tercium ⟨℟⟩ *De ore prudentis procedit mel.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(781) In Laudibus Ant. *Iustum deduxit* etc. ut in libro habetur. Cap. *Statuit illi.* Ymnus *Iesu redemptor* cum cantu ymni *Sermone blando.* ℣ *Iustus germinabit.* Ad Benedictus Ant. *Iste congnovit* etc. Oracio ut supra.

(782) Ad Primam Ant. *Iustum deduxit.* Cap. *Hec dicit dominus Ego sum alpha et O* ut in octava Pasche habetur.

(783) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte nobis* cum cantu et versiculis ut supra in Laudibus habetur. Ant. *Amavit eum dominus.*

(784) Ad Sextam Ant. *Iste sanctus pro lege.*

(785) Ad Nonam Ant. *Stolam iocunditatis.* Capitula, responsoria cum *Alleluia* ut in communi unius confessoris et pontificis habentur. Oracio ut supra in die.

(786) Ad Vesperas Ant. *Alleluia ego sum vitis vera* super psalmos unius confessoris pontificis. Cap. *Plures facti sunt.* Ymnus *Iste confessor domini.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat Ant. *Qui manet in me.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(787) IN FESTO SANCTORUM TYBURCII ET VALERIANI MARTIRUM ET MAXIMI si in Quadragesima evenerint fiat de ipsis ut in communi plurimorum martirum de festis duplicibus habetur. Item ad Matutinas lectiones de legenda *Fortitudinem sanctorum.* Tres ultime lectiones de evangelio ferie currentis si habeat. Oracio et horas preter Primam et Completorium *Deus qui nos annua.* Et ymni tam Vesperorum quam Matutinarum et horarum cantentur prout in Quadragesima de festis habentur. Et responsorium videlicet *In manus* cum ℟ *Christe Iesu* cum *Gloria patri* dica[n]tur. Ad Primam Cap. *Omnis enim homo.* Sciendum est quod si festum / (f. 71v) Tyburcii et Valeriani in sabbato Ramis palmarum evenerit, totum fiat de festo et commemoracio de dominica. Et ad Completorium in responsorio videlicet *In manus, Gloria patri* dicitur.

(788) Et nota quod in ecclesia cathedrali de ipsis martiribus faciunt duplex etc. Cetera ad Completorium ut in ipsa dominica habentur. Item si in dominica de Palmis festum predictum evenerit, feria IIa sequenti celebretur, et in dominica Nona propria fiat de sanctis. Nota in ecclesia cathedrali Vespere de dominica donec ad capitulum et a capitulo de sanctis et commemoracio de dominica. Nota ut supra quia nos facimus econtrario etc. Ad Completorium ut supra. Si vero a feria Va ebdomade penose usque ad diem octavam Pasche evenerit, feria IIa post Albas celebretur. Item in dicta dominica fuerint alique cerimonie in dicta cathedrali ecclesia quas dimitto causa brevitatis. Cetera de ipsis marti-

ribus fiat ut in communi plurimorum martirum in tempore paschali habentur.

(789) Nota quod in paschali tempore, de qualicumque festo contingente videlicet *Te deum laudamus* non habente, ad Matutinas fiat prout tempus requirit. In Laudibus super psalmos prima antiphona Laudum dicitur, alie vero per horas. Capitula, responsoria cum *Alleluia* ut in communi habentur usque ad Vesperas. Et fiat de uno confessore si evenerit sicut de uno martire, excepto quod invitatorium dicitur *Alleluia regem confessorum.* Ymnus *Iste confessor.* In Laudibus ymnus *Iesu redemptor omnium perpes corona.* Capitula, responsoria et versiculi ut in communi habentur, si sit pontifex sicut de uno pontifice, si vero non sit pontifex ut de uno pontifice in suo communi habetur. Eciam si festum unius virginis ut supra evenerit, fiat sola commemoracio in primis Vesperis, et in Matutinis ad Magnificat antiphona videlicet *Simile est regnum celorum decem virginibus.* Et ad Benedictus antiphona videlicet *Simile est regnum celorum homini negociatori.* Oracio ut in festo eiusdem habetur.

(790) Item nota quod aliqua virgo sit t⟨utela⟩ propria oratorii, fit de ipsa solempniter officium et fiant de ipsa tantum tres lectiones cum tribus responsoriis propriis si habeat. Alioquin a capitulo tria responsoria de communi unius virginis et dicas ipsa responsoria et cetera ut de aliis solempnibus festis in paschali tempore habentur. In nativitate plurimorum martirum in paschali / (f. 72r) tempore contingente si duplex fuerit vel *Te deum laudamus* habente, ad horas ymni horarum cantentur ut in paschali tempore habentur. Si duplex fuerit ad Nonam ut in Nona diei habetur. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* feriali ⟨modo⟩ cum psalmis ferialibus ut in paschali tempore habetur. Cap. *Scimus quoniam diligentibus.* Responsorium non dicitur nisi sit solempne festum. Ymnus *Rex gloriose martirum* cum cantu ymni videlicet *Chorus nove Ierusalem* vel *Eterne rex altissime* cum versiculis supradictis. ℣ *Letamini in domino.* Ad Magnificat Ant. *Lux perpetua lucebit.* Oracio diei. Ad Completorium ut in officio feriali de tempore paschali habetur.

(791) In festo sanctorum Tyburtii, Valeriani et Maximi martirum ad Nonas, ad Vesperas et Completorium ut supra habetur. Oracio ut supra. Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem martirum.* Ymnus *Rex gloriose martirum* cum cantu *Aurora lucis* vel *Eterne rex altissime* cum versiculis ultimis tempore requirentis (!).

(792) In Nocturno Ant. *Sancti tui domine* super psalmos videlicet *Beatus vir. Quare fremuerunt. Cum invocarem.* ℣ *Letamini.* Sermo beati Augustini episcopi *Fortitudinem sanctorum.* Primum ℟ *Tristicia vestra.*

Secundum ⟨℟⟩ *Lux perpetua*. Tercium ⟨℟⟩ *In servis suis*. Ps. *Te deum*. ℣ *Exultent iusti*.

(793) In Laudibus Ant. *Sancti tui domine florebunt* etc. ut in libro habetur. Cap. *Sancti per fidem*. Ymnus *Eterna Christi munera* cum cantu videlicet *Sermone blando* vel *Eterne rex* cum versiculis ut supra. ℣ *Iustorum anime*. Ad Benedictus Ant. *Fulgebunt*. Oracio ut supra.

(794) Ad horas antiphone de Laudibus et ultima antiphona ad Nonam dicatur. Capitula, responsoria cum *Alleluia* de martiribus. Ad Primam capitulum, responsorium cum oracione ut in officio paschali sive Ascensionis habetur secundum quod tempus requirit.

(795) Ad Vesperas Ant. *Alleluia ego sum vitis vera* super psalmos plurimorum martirum. Cap. *Reddet deus*. Ymnus *Rex gloriose*. ℣ *Letamini*. Ad Magnificat Ant. *Vox leticie*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(796) IN FESTO BEATI GEORGII vel unius martiris ad Vesperas antiphone feriales cum psalmis ferialibus. Cap. *Iustus si morte*. Ymnus *Deus tuorum*. ℣ *Gloria et honore*. Ad Magnificat Ant. *Filie Ierusalem*. Oracio *Deus qui nos beati Georgii martiris tui*. Ad Completorium ut supra iam dictum est.

(797) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem martirum*. Ymnus *Deus tuorum*.

(798) In Nocturno Ant. / (f. 72v) *Beatus vir qui inventus*. Psalmi *Beatus vir*. *Quare fremuerunt*. *Domine quid multiplicati*. ℣ *Gloria et honore*. Sermo beati Augustini episcopi *Modo fratres cum divina*. Primum ℟ *Beatus vir qui metuit*. Secundum ⟨℟⟩ *Preciosa*. Tercium ⟨℟⟩ *Filie Ierusalem*. Ps. *Te deum* ℣ *Ora pro nobis*.

(799) In Laudibus Ant. *Iustum deduxit* etc. ut in libro. Cap. *Placens deo*. Ymnus *Martir dei qui unicum*. ℣ *Iustus ut*. Ad Benedictus Ant. *Iste congnovit*. Oracio ut supra. Ad Primam Ant. *Iustum deduxit*. Capitulum, responsorium cum oracione ut in officio feriali tempore pasquali habetur. Ad alias horas alie antiphone de Laudibus et ultima ad Nonam dicatur. Capitulum, responsorium cum *Alleluia* ut in communi unius martiris habentur. Oracio ut supra ad Matutinas.

(800) Ad Vesperas Ant. *Alleluia ego sum* super psalmos unius martiris. Cap. *Non recedam*. Ymnus *Deus tuorum*. ℣ *Gloria et honore*. Ad Magnificat Ant. *Qui manet*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(801) Nota quod si festum beati Marci evangeliste infra ebdomadam paschalem evenerit, feria IIa post dominicam de Quasimodo celebretur, et die, qua festum fuerit, fiat processio et non in die transportato etc.

(802) IN FESTO BEATI MARCI ad Nonam ut in Nona diei. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* de feria cum psalmis ferialibus. Cap. *Vidi et ecce ventus.* Ymnus *Exultet celum laudibus* cum cantu ut supra. ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Ecce ego Iohannes.* Oracio *Deus qui nobis.* Ad Completorium ut supra.

(803) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem evangelistarum.* Ymnus ut supra cum cantu *Aurora lucis.*

(804) In Nocturno Ant. *Manete in dilectione* etc. super psalmos videlicet *Celi enarrant. Benedicam dominum. Eructavit.* ℣ *In omnem terram.* Lectio sancti evangelii secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Ego sum vitis vera.* Primum ℟ *Virtute mangna.* Secundum ⟨℟⟩ *Beatus vir qui metuit.* Tercium ⟨℟⟩ *Quatuor animalia.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(805) In Laudibus Ant. *Iustum deduxit* ut in ipsis Laudibus habetur. Cap. *Beatus vir qui invenit sapienciam.* Ymnus *Eterna Christi munera evangelistarum gloria.* ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *In medio.* Oracio ut supra et ymni horarum cantentur ad cantum ymni *Sermone blando* etc. / (f. 73r)

(806) Ad Primam Ant. *Iustum deduxit.* Capitulum, responsorium, oracio ut in octava Pasche. Ad Terciam Ant. *Amavit eum.* Cap. *Dominus sapiencia fundavit.* ℟ *In omnem terram* cum *Alleluia.* Oracio diei. Ad Sextam Ant. *Iustus autem.* Cap. *Similitudo.* ℟ *Constitues.* Ad Nonam Ant. *Stolam iocunditatis.* Cap. *Similitudo animalium.* ℟ *Nimis honorati.* Ad Vesperas Ant. *Alleluia ego sum vitis vera.* Super psalmos unius apostoli Cap. *Iste sanctus in multitudinem.* Ymnus, versus ut in primis Vesperis. Ad Magnificat Ant. *Qui manet in me.* Oracio ut supra. Commemoracio CLETI pape et martiris de Ant. *Filie Ierusalem.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Deus qui nos annua beati Cleti martiris tui.* Ad Completorium ut supra.

(807) In crastino beati Marci fiat de beato Cleto officium sumptum ut supra de similibus habetur. Et si in dominica fuerit, fiat commemoracio tantum. Ad Benedictus Ant. *Iste congnovit.* ℣ *Iustus ut palma.* Oracio ut supra.

(808) IN FESTO BEATI VITALIS oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut intercedente beato Vitale.* Cetera ut supra de consimilibus sine psalmo videlicet *Te deum* habentur.

(809) IN FESTO BEATI PETRI MARTIRIS oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut beati Petri martiris tui fidem congruam.* Cetera ut supra de beato Georgio habentur. Ad Matutinas lectiones *Petrus novus martir de ordine predicatorum* etc.

(810) Nota quod si festum apostolorum Philippi et Iacobi in dominica evenerit, feria secunda sequenti celebretur et in commemoracionibus primo fiat commemoracio de dominica, postea de sanctis, ut in die ipsorum apostolorum habetur.

(811) Item nota quod si festum apostolorum predictorum in die festi Ascensionis domini evenerit, feria VI[a] sequenti celebretur, et in secundis Vesperis Ascensionis fiant post *Benedicamus* commemoraciones sequentes. Et primo de apostolis de Ant. *Non turbetur.* ℣ *In omnem terram.* Oracio *Deus qui nos annua.* Alia commemoracio *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Deus qui hunc diem.* Alia commemoracio *Simile est enim regnum celorum decem.* Oracio *Omnipotens deus castorum.* Ad Completorium ut in die Ascensionis habetur. Item feria VI[a] sequenti in qua tunc fiet officium de apostolis predictis post *Benedicamus* / (f. 73[v]) ad Matutinas fiant commemoraciones sequentes: primo de Ascensione de Ant. *Dominus quidem.* ℣ *Ascendens Christus.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus.* Alie commemoraciones ut in Matutinis apostolorum predictorum habentur. Cetera totum fiat de apostolis. Et ymni cantentur ad cantum ymni *Eterne rex altissime,* ultimus versus *Gloria tibi domine qui scandis.* Ad Primam Ant. *Si congnovissetis me.* Capitulum, responsorium, versus ut infra octavas Ascensionis domini habentur.

(812) Ad Vesperas Cap. *Karissimi Christus peccata nostra.* Ymnus *Signum crucis mirabile* cum cantu et versis ut supra. Cetera ut in libro habentur. Post primum *Benedicamus* fiant commemoraciones: primo de apostolis de antiphona videlicet *Qui manet in me.* ℣ *In omnem terram.* Oracio *Deus qui nos annua.* Alia commemoracio *Domine si in tempore hoc.* ℣ *Dominus in Synay.* Oracio *Concede.* Alia commemoracio Ant. *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum tuorum* etc.

(813) Dominica infra octavas Ascensionis in Laudibus sola antiphona dicitur videlicet Ant. *Viri Galilei.* Cetera ut in libro de ipsa dominica habentur. Feria II[a] (VI[a] cod.) in Laudibus Ant. *Cumque intuerentur.* Cetera ut in feria II[a] post Ascensionem habentur. Ad Vesperas a capitulo fiat de sancto Iohanne, et commemoracio de Ascensione de antiphona que ad Magnificat habetur, versus et oracio ut in eadem feria.

(814) In die festi sancti Iohannis ad Matutinas commemoracio de Ascensione de Ant. *Dominus quidem Iesus.* ℣ *Dominus in celo.* Oracio *Concede.* Ad Vesperas commemoracio Ant. *Domine si in tempore.* ℣ *Dominus in Synai in sancto.* Oracio ut supra.

(815) Feria IIII[a] ut in sabbato post Ascensionem habetur. In Laudibus Ant. *Videntibus.* Cetera ut in eadem feria habentur videlicet IIII[a].

(816) IN FESTO SANCTORUM PHILIPPI ET IACOBI apostolorum ad Nonam ut in Nona diei. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* cum psalmis ferialibus. Cap. *Virtute mangna.* Ymnus *Exultet celum* cum cantu et versiculis ut supra videlicet *Chorus nove Ierusalem. Quesumus auctor. Gloria tibi domine qui.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Non turbetur.* Oracio *Deus qui nos annua. Per dominum.* Alia commemoracio ⟨SIGISMUNDI SOCIORUMQUE⟩ Ant. *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Deus qui hunc diem.* Alia commemoracio ⟨WALPURGIS⟩ Ant. *Simile est enim regnum celorum.* ℣ *Specie tua.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus castorum.* Completorium ferie currentis.

(817) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem apostolorum* / (f. 74[r]) Ymnus *Exultet celum* cum cantu ymni videlicet *Aurora lucis.*

(818) In Nocturno Ant. *Manete in dilectione* super psalmos *Celi enarrant. Benedicam. Eructavit.* ℣ *In omnem terram.* Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Non turbetur cor vestrum.* Primum ℟ *Virtute mangna.* Secundum ⟨℟⟩ *Isti sunt angni novelli.* Tercium ⟨℟⟩ *Candidi facti sunt.* Ps. *Te deum.* ℣ *Annunciaverunt.*

(819) In Laudibus Ant. *Alleluia ego sum vitis vera* etc. Cap. *Stabunt iusti in mangna.* Ymnus *Eterna Christi munera* ad cantum ymni *Sermone blando* cum versiculis predictis. ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Tanto tempore.* Oracio cum *Benedicamus* ut supra. Commemoracio sanctorum Ant. *Fulgebunt iusti.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra. Alia commemoracio Ant. *Simile est regnum celorum homini negociatori.* ℣ *Adiuvabit eam.* Oracio ut supra.

(820) Ad Primam Ant. *Si congnovissetis me.* Capitulum, versus et oracio ut in octava Pasche. Ad Terciam Ant. *Domine ostende nobis.* Cap. *Hii sunt quos aliquando.* ℟ *In omnem terram.* Oracio diei. Ad Sextam Ant. *Si diligeretis me.* Cap. *Ibant apostoli.* ℣ *Constitues eos.* Oracio ut supra. Ad Nonam Ant. *Philippe qui videt me.* Cap. *Per manus autem apostolorum.* ℟ *Nimis honorati.* Oracio ut supra.

(821) Ad Vesperas Ant. *Alleluia ego sum vitis vera* super psalmos unius apostoli. Capitulum, ymnus, versus ut in primis Vesperis. Ad Magnificat Ant. *Qui manet in me.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(822) Nota quod si festum Invencionis sancte crucis a dominica de Quasimodo exclusive usque ad festum Penthecosten evenerit, in dominica eadem die celebretur. Et in ecclesia cathedrali dicitur antiphona de

Magnificat bis videlicet ante et post, quia est proprium festum oratorii parrochie. Et ymni cantentur prout in paschali tempore habentur de ymnis etc. Et si infra octavas Ascensionis evenerit, in primis Vesperis psalmi de Ascensione cum antiphona videlicet *Viri Galiley* etc. dicantur. Et ymni cantentur ad cantum ymni *Eterne rex altissime.* Et in fine ymnorum dicitur ℣ *Gloria tibi domine qui scandis super sydera.*

(823) IN FESTO SANCTE CRUCIS ad Nonam ut in Nona diei. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* de feria cum suis psalmis. Cap. *Karissimi Christus peccata nostra.* Ymnus *Signum crucis.* ℣ *Hoc signum.* / (f. 74v) Ad Magnificat Ant. *O crux gloriosa.* Oracio *Deus qui in preclara salutifere.* Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Commemoracio sanctorum ⟨ALEXANDRI, EVENTII ET THEODORI⟩ Ant. *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut cum sanctorum.* Ad Completorium ut in Completorio ferie currentis secundum quod tempus requirit.

(824) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem crucifixum.* Ymnus *Arbor decora. Beata cuius brachiis. Quesumus auctor omnium.* Si post Ascensionem loco predictorum duorum versiculorum ultimorum dicitur solum ℣ *Gloria tibi domine qui scandis.*

(825) In Nocturno Ant. *Ecce crucem domini* super psalmos videlicet *Cantate I. Dominus regnavit exultet. Cantate II.* ℣ *Per signum crucis.* Evangelium Trinitatis dicitur. Primum ℟ videlicet *Dulce lignum.* Secundum ⟨℟⟩ *Hoc signum crucis.* Tercium ⟨℟⟩ *Heliseus se contraxit.* Ps. *Te deum.* ℣ *Adoramus te Christe.* In Laudibus Ant. *Helena Constantini mater* etc. cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habentur. Cap. *Fratres michi autem.* ⟨Ymnus⟩ *O crux ave. Te summa. Quesumus auctor* ut supra. ℣ *Hoc signum crucis.* Ad Benedictus Ant. *Helena sancta dixit.* Oracio ut supra. Commemoracio sanctorum. Ant. *Fulgebunt iusti.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra.

(826) Ad Primam Ant. *Helena Constantini.* Capitulum, responsorium, oracio tunc ad Primam ut habentur de tempore. Ad Terciam Ant. *Tunc precepit.* Cap. *Verbum crucis.* ℟ *Per signum crucis* cum *Alleluia* etc. ut in libro habetur.

(827) Ad Vesperas Ant. *Alleluia* quatuor super psalmos *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. In exitu Israel.* Cap. *Fratres michi autem.* Ymnus, versus ut supra in primis Vesperis. Ad Magnificat Ant. *Sanctifica.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(828) IN FESTO SANCTI IOHANNIS non fit commemoracio de ipso in Matutinis beate Marie virginis neque in Vesperis.

(829) In festo predicto sancti Iohannis ante Portam Latinam ad Vesperas Ant. *Alleluia* cum psalmis ferialibus ferie currentis vel de Ascensione, si post Ascensionem evenerit. Cap. *Qui timet deum.* Ymnus *Exultet celum* cum cantu et versiculo ut supra secundum varietatem temporis. ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Ecce ego Iohannes.* Oracio *Deus qui conspicis.* Ad Completorium ut supra.

(830) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem apostolorum.* Ymnus *Exultet* | (f. 75[r]) *celum.* In Nocturno Ant. *Manete* etc. ℣ *In omnem.* Legenda sic incipit *Secundam post Neronem Domicianus.* Primum ℟ *Virtute mangna.* Secundum ⟨℟⟩ *Beatus vir qui metuit.* Tercium ⟨℟⟩ *Apparuit caro suo* vel *Quatuor animalia* quale volueris. Ps. *Te deum.* ℣ *Valde honorandus.*

(831) In Laudibus antiphone de Laudibus unius martiris ut tempore paschali habentur videlicet Ant. *Iustum deduxit.* Cap. *Qui timet deum.* Ymnus *Eterna Christi munera* cum cantu ut supra et versiculis secundum quod tempus requirit. Ad Benedictus Ant. *In ferventis oley.* Oracio ut supra.

(832) Ad Primam Ant. *Iustum deduxit.* Capitulum, responsorium, oracio ut in precedentibus festis habentur. Ad Terciam Ant. *Amavit.* Cap. *Cibavit illum.* ℟ *In omnem terram* etc.

(833) Ad Vesperas Ant. *Alleluia Ego sum vitis vera* super psalmos unius apostoli. Cap. *In medio ecclesie.* Ymnus *Exultet celum.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *In medio ecclesie.* Oracio ut supra. Ad Completorium ut supra.

(834) IN FESTO BEATI VICTORIS MARTIRIS Oracio *Deus qui nos beati Victoris.* Cetera fiant de ipso ut de consimilibus habentur.

(835) Nota quod si festum Translacionis beati Nicolay in octava Ascensionis advenerit feria VI[a] sequenti celebretur. Et in secundis Vesperis octave Ascensionis fiat totum de Ascensione et tantum commemoracio de dicto festo.

(836) Item in eadem VI[a] feria nulla fiat commemoracio de Ascensione ad Matutinas neque ad Vesperas. Et ymni cantentur ad cantum ymni *Eterne rex altissime.* Et dicitur in ultimo versu *Gloria tibi domine qui sedes supra (!) sydera.*

(837) Ad Primam capitulum die⟨i⟩ currentis. In responsorio dicitur *Qui sedes super sydera.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut qui hodierna.* Cetera ut in libro de ipso habentur. Ad Completorium ut in Completorio Ascensionis habetur. Alii vero qui de predicto festo

faciunt festum solempne Nonam propriam faciant de ipso festo. Et in primis Vesperis fiat ut in libro de ipso habetur cum uno responsorio post capitulum. Et dicto *Benedicamus* fiat commemoracio de Ascensione de Ant. *Hodie secreta celi* etc. Ad Primam oracio *Deus qui tuorum* ut in libris eorum habetur.

(838) IN FESTO TRANSLACIONIS BEATI NICOLAY ad Vesperas Ant. *Sanctus confessor* super psalmos feriales. Cap. *Ecce sacerdos mangnus.* Si vero post Ascensionem evenerit ad Vesperas psalmos de Ascensione / (f. 75ᵛ) cum Ant. *Viri Galiley.* Capitulum ut supra. Ymnus *Exultet aula celica* cum cantu et versiculis ultimis tempore requirentis(!). ℣ *Ora pro nobis.* Ad Magnificat Ant. *Post beati Nicolai.* Oracio *Deus qui tuorum.* Et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Completorium ut in Completorio solempnitatis currentis.

(839) Ad Matutinas Invit. *Alleluia regem confessorum.* Ymnus ut supra. In Nocturno Ant. *Redeuntibus nautis.* Ps. *Beatus vir* etc. ut in ⟨libro⟩. ℣ *Amavit eum dominus.* Legenda *Cum creatoris domini nostri Iesu Christi.* Primum ℟ *Tempore quid miseris.* Secundum ⟨℟⟩ *Cuidam ex nautis.* Tercium ⟨℟⟩ *Inter cives Barrenses.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(840) In Laudibus Ant. *Navigantes* etc. Cap. *Statuit illi dominus.* Ymnus *Adest eius translacio* cum cantu ut supra. ℣ *Ora pro nobis.* Ad Benedictus Ant. *Cum deposuissent.* Oracio ut supra.

(841) Ad Primam et ad alias horas antiphone de Laudibus, capitula et responsoria ut in communi unius confessoris et pontificis. Oracio ut supra.

(842) Ad Vesperas Ant. *Homines et mulieres* super psalmos unius confessoris. Cap. *Talis enim decebat.* Ymnus, versus ut supra in primis Vesperis. Ad Magnificat Ant. *Currebant.* Oracio ut supra.

(843) Commemoracio sanctorum GORDIANI ET EPIMACHI Ant. *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum martirum tuorum.* Ad Completorium ut supra. Die sequenti fiat de sanctis ut supra de consimilibus habetur.

(844) IN FESTO SANCTORUM GENGULFI MARTIRIS ET MANMERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS ad Magnificat antiphona sive in commemoracione *Lux perpetua.* ℣ *Letamini.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut qui beatorum Gengulfi.*

(845) IN FESTO SANCTORUM NEREI (YRENEI cod.), ARCHILLEI ATQUE PANCHRACII oracio ut supra.

(846) IN FESTO BEATE POTENCIANE ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Simile est regnum celorum decem virginibus.* ⟨Oracio⟩ *Exaudi nos deus salutaris.*

(847) IN FESTO BEATI DESIDERII EPISCOPI ET MARTIRIS oracio *Da quesumus omnipotens deus ut qui beati Desiderii.*

(848) IN FESTO BEATI URBANI EPISCOPI ET MARTIRIS oracio ut supra.

(849) PETRONILLE VIRGINIS oracio *Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi* quere in communi.

(850) NICOMEDIS MARTIRIS oracio, quere in communi, *Deus qui nos annua.*

(851) SANCTORUM MARCELLI ET PETRI oracio, quere in communi.

(852) BONIFACII MARTIRIS oracio, quere in festo beati Georgii. / (f. 76r)

(853) MEDARDI EPISCOPI ET CONFESSORIS oracio *Beati Medardi.*

(854) PRIMI ET FELICIANI MARTIRUM oracio *Fac nos quesumus.*

(855) Nota quod si festum beati Barnabe apostoli infra ebdomadam Penthecosten vel in die Trinitatis evenerit, feria III[a] post Trinitatem celebretur. Cetera ut iam dictum est de ipso in officio feriali. Feria IIII[a] sequenti in Laudibus Trinitatis Ant. *O vere summa et sempiterna unitas.*

(856) IN FESTO BEATI BARNABE APOSTOLI Oracio *Deus qui es sanctorum tuorum splendor* etc. Cetera ut in communi apostolorum de festis IX lectionum habentur cum parvis precibus et neuma. Ad Matutinas legenda *Iohannes ergo qui et Marcus famulus domini* etc. Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis* etc. ut dictum est.

(857) SANCTORUM BASILIDIS etc. CIRICI, NABORIS etc. SANCTORUM FERREOLI oracio *Beatorum martirum tuorum Ferreoli et Ferruti.*

(858) MARCI ET MARCILLIANI MARTIRUM oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos.*

(859) SANCTORUM GERVASI ET PROTHASII MARTIRUM oracio *Deus qui nos annua sanctorum.*

(860) Sciendum est quod infra octavas sanctorum Iohannis baptiste, Petri et Pauli, Marie Magdalene, Laurencii et Martini yemalis quoad illos qui de ipsis non faciunt octavas solempnes, si festum trium lectionum infra octavas predictas evenerit, die qua venerit celebretur nisi sit dominica vel octave solempnes vel dies qua fit de beata Maria, quia tunc non fit de festis trium lectionum nisi commemoracio tantum in

primis Vesperis ipsius sancti vel sancte et in Matutinis. Item in aliis diebus infra ebdomadam in festis trium lectionum existentis (!), infra octavas predictorum sanctorum fiat commemoracio de antiphonis de Laudibus ipsorum sanctorum ut infra octavas eorum habetur, excepto de apostolis videlicet Petro et Paulo, quia infra octavas eorundem certis diebus in commemoracionibus de Benedictus et Magnificat dicuntur antiphone ibidem posite videlicet ad Benedictus Ant. *Petrus apostolus et Paulus* et ad Magnificat antiphona videlicet *Gloriosi principes.*

(861) Et eciam infra octavas beati Martini Ant. *Oculis ac manibus* etc. in commemoracione non dicitur, exceptis quibusdam diebus prout declarabitur etc. Ultima antiphona de Laudibus predictorum sanctorum dicitur sive in commemoracione si fiat commemoracio sive in Laudibus si fiat de sanctis predictis die ultima ante diem octavarum. Et sic fiat per anni circulum de consimilibus nisi de contrario videatur.

(862) Et nota quod quando fit de beata Maria virgine infra octavas non solempnes / (f. 76v) si fiat aliqua commemoracio de aliqua virgine, post antiphonam dicitur versus videlicet *Specie tua.*

(863) Item nota quod infra octavas non solempnes semper fit de beata Maria ut habetur in officio suo et commemoracio tantum de octava de antiphonis de Laudibus vel de aliis antiphonis ut supra declaravit.

(864) Item in die sancti Iohannis baptiste in dominica infra octavas et in octava ymni horarum cantentur ad cantum ymni videlicet *Deus tuorum militum.* Et ⟨si⟩ dictum festum infra octavas Eucharistie evenerit, omnes ymni cantentur ad cantum ymni videlicet *Eterne rex altissime.* Et in ultimo versu semper dicitur *Gloria tibi domine qui natus es* etc. *Cum patre sancto flamine* etc. si cantus conveniat. Cetera de sanctis Iohannis baptiste, Petri et Pauli ut circa festum Eucharistie de ipsis habentur.

(865) IN VIGILIA SANCTI IOHANNIS BAPTISTE ad Nonam ymnus *Rerum deus.* Ant. *Ipse preibit ante.* Cap. *Hec dicit dominus.* ℟ *Mangna est in salutari* cum *Alleluia* dicitur, si infra octavas Eucharistie evenerit. Alias *Alleluia* non dicitur in responsoriis neque in versibus. Oracio *Perpetuis nos domine* etc. Ad Vesperas Ant. *Pro eo quod* super psalmos vocatos *Laudate.* Si infra octavas Eucharistie evenerit, eciam antiphona cum psalmis predictis dicatur. Et in Vesperis primis sancti Iohannis fiat solum commemoracio de Eucharistia ut infra octavas habetur. Cap. *Priusquam te formarem.* ℟ *De ventris matris mee.* Ymnus *Ut queant lapsis* (!). Et dicitur totum sine divisione. ℣ *Fuit homo.* Ad Magnificat Ant. *In-*

*gresso Zacharia.* Oracio ut supra ad Nonam. Ad Completorium ut in dominica habetur etc. exceptis precibus et neuma. Et si infra octavas Eucharistie evenerit, Completorium de eadem solempnitate dicatur.

(866) Ad Matutinas Invit. *Regem precursoris domini.* Ymnus *Ut queant lapsis.* Et dicitur usque ad versum videlicet *Ceteri tantum.* Et in utraque divisione dicitur versus videlicet *Laudibus cives.*

(867) In I° Nocturno Ant. *Priusquam te formarem.* Ps. *Beatus vir* etc. ut in libro habetur. ℣ *Gloria et honore.* Lectiones Sermo beati Maximi episcopi *Solempnitates.* Primum ℟ *Fuit homo.* Secundum ⟨℟⟩ *Elizabet Zacharie.* Tercium ⟨℟⟩ *Priusquam te formarem.*

(868) In II° Nocturno Ant. *Misit dominus.* Ps. *Cum invocarem* etc. Quartum ℟ *Descendit* etc. ut in libro.

(869) In III° Nocturno Ant. *Posuit* / (f. 77r) *os meum.* Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Elizabeth.* Septimum ⟨℟⟩ *Precursor.* Octavum ⟨℟⟩ *Gabriel.* Nonum ℟ *Inter natos mulierum.* Ps. *Te deum.* ℣ *Fuit homo.*

(870) In Laudibus Ant. *Elizabeth* etc. cum omnibus antiphonis et psalmis ut habetur in libro. Cap. *Audite insule.* Ymnus *Ceteri tantum.* Ad Benedictus antiphona et dicitur sic *Apertum est os Zacharie et prophetavit dicens.* Deinde sequitur psalmus videlicet *Benedictus dominus deus Israel.* Finito psalmo antiphona predicta intregre dicatur. Post sequitur oracio videlicet *Deus qui presentem diem honorabilem.* Et dicitur ad omnes horas preter Completorium.

(871) Si extra octavas Eucharistie evenerit, ad horas Ant. *Alleluia.* ℣ *Tu puer propheta.* Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos *Beatus vir. Credidi. Ad dominum. Ad te levavi. De profundis.* Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Inter natos.* Prosa *Fideles iam psallite.* Ad Magnificat Ant. *Et posuerunt.* Oracio ut supra. Completorium dicitur prout supra habetur.

(872) INFRA OCTAVAS BEATI IOHANNIS BAPTISTE ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi ut in die. Lectiones de ystoria. Tria responsoria de responsoriis diei. Et dicantur prout supra de consimilibus habentur. Ps. *Te deum* non dicitur. ℣ *Fuit homo.* In Laudibus Ant. *Elizabeth.* Et dicantur per ordinem super psalmos Laudum etc. Capitulum, ymnus, versus ut in die. Ad Benedictus Ant. *Inter natos* nec mutetur. Oracio *Deus qui presentem diem.* Commemoracio de cruce et ymni horarum ad cantum ferialem cantentur.

(873) Ad Primam Ant. *Puer qui natus est.* Cap. *Omnis enim homo*

cum parvis precibus et neuma. Ad Terciam Ant. *Nazareus*. Cap. *Ecce dedi verba*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut qui beati Iohannis baptiste*. Ad Sextam Ant. *Ex utero senectutis*. Cap. *Posuit os meum*. ℟ *Posuisti domine*. Oracio *Omnipotens sempiterne deus da cordibus nostris*. Ad Nonam Ant. *Ipse preibit*. Cap. *Hec dicit dominus*. ℟ *Mangna est*. Oracio *Deus qui conspicis quia nos*.

(874) Ad Vesperas Ant. *Nazareus* super psalmos unius martiris. Cap. *Reges videbunt*. Ymnus *Ut queant lapsis* totum dicitur. ℣ *Fuit homo*. Ad Magnificat Ant. *Tu puer propheta*. Oracio *Deus qui presentem*. Commemoracio de cruce. Et ad Completorium parve preces dicantur.

(875) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Matutinas ut in die excepto quod in Laudibus sola antiphona dicitur. Ad alias horas ut supra infra octavas et prout in regula precedenti iam dictum est. Sex prime lectiones de ista legenda que sequitur *Venturus in carne* / (f. 77v) *dominus et redemptor* etc. Tres ultime lectiones de evangelio dominice currentis.

(876) IN FESTO SANCTORUM IOHANNIS ET PAULI MARTIRUM ad Vesperas Ant. *Nazareus* etc. ut supra in Vesperis habetur. Vel si infra octavas Eucharistie evenerit, ad Vesperas dicitur Ant. *Sapiencia* super psalmos de Eucharistia. Cap. *Scimus quoniam*. ℟ *Laverunt stolas*. Ymnus *Sanctorum meritis*. ℣ *Letamini in* cum *Alleluia* si infra octavas Eucharistie evenerit alias non. Ad Magnificat Ant. *O veneranda martirum*. Oracio *Quesumus omnipotens deus ut nos geminata* etc. Commemoracio sancti[s] Iohannis de antiphona illa de Laudibus que tunc per ordinem habetur. ℣ *Fuit homo*. Oracio *Deus qui presentem diem*. Et post fiat commemoracio de Eucharistia si infra octavas Eucharistie evenerit.

(877) Ad Matutinas Invit. *Regem martirum*. Ps. *Venite*. Ymnus etc. ut in communi plurimorum martirum de festis IX lectionum habetur cum cantu ymni *Eterne rex* cum versiculo *Gloria tibi domine* etc. cum *Alleluia* in responsoriis et versis si infra dictas octavas ut supra evenerit. Et sine precibus Completorium et Prima dicantur. Lectiones videlicet *In diebus illis postquam Constantinus* etc. Sextum ℟ *Hec est vera fraternitas*. Septimum ⟨℟⟩ *Sancti per fidem*. Octavum ⟨℟⟩ *Isti sunt due olive*. Nonum ⟨℟ *Beati*⟩ *martires Christi*. Ps. *Te deum*. ℣ *Iusti autem*.

(878) In Laudibus Ant. *Paulus et Iohannes* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Ad Benedictus Ant. *Isti sunt qui pro dei amore*. Oracio cum commemoracionibus fiendis ut supra.

(879) Ad horas antiphone de Laudibus dicantur et ultima ad Vesperas dicitur super psalmos de martiribus. Cetera ut in communi habentur,

exceptis que dicenda sunt infra octavas solempnes dicantur. Si infra easdem octavis evenerit ut supra habetur. Ad Magnificat Ant. *Hec est vera fraternitas*. Oracio cum commemoracionibus ut supra.

(880) IN FESTO SANCTORUM YRENEI CUM SOCIIS SUIS etc. ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Isti sunt sancti*. Oracio *Deus qui nos concedis* etc. Alia commemoracio Ant. *Sacerdos et pontifex*. ℣ *Amavit*. Oracio *Deus qui beatum Leonem*. Alia commemoracio de sancto Iohanne antiphona de Laudibus etc. ℣ *Fuit homo*. Oracio *Deus qui presentem diem*.

(881) Ad Matutinas, sive fiat de martiribus predictis sive de alio officio, legatur evangelium de vigilia apostolorum Petri et Pauli. Et si festum apostolorum predictorum in feria II[a] evenerit, in dominica / (f. 78[r]) ad Matutinas de evangelio vigilie fiant due ultime lectiones. Et missa parrochie de vigilia cantetur. Alia vero de dominica in choro. Et ieiunium in sabbato precedenti observetur.

(882) IN VIGILIA APOSTOLORUM PETRI ET PAULI ad Matutinas evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus Petro Symon Iohannis Diligis me* etc. ut in libro. In vigilia dictorum apostolorum ad Nonam et in die ymni horarum ad cantum ymni *Apostolorum passio* cantentur. Et si in octava Eucharistie evenerit, ad cantum ymni videlicet *Verbum supernum prodiens* cantentur cum versiculo ut supra.

(883) Ad Nonam Ant. *Cornelius centurio*. Cap. *Et Petrus*. ℟ *Nimis honorati*. Oracio *Deus qui ecclesiam tuam*. Ad Vesperas Ant. *Nazareus* etc. super psalmos unius martiris. Et si infra octavas Eucharistie evenerit, totum fiat de octava Eucaristie usque ad capitulum et a capitulo de apostolis et commemoracio de Eukaristia. Et fit Cap. *Petrus autem dixit argentum* etc. ℟ *Cornelius*. Ymnus cum suo cantu *Aurea luce*. ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Beatus Petrus apostolus*. Oracio ut supra. Commemoracio de sancto Iohanne ut supra secundum quod tempus requirit. Completorium de Eucaristia, si in octava Eucaristie evenerit.

(884) Nota quod ecclesia cathedralis totum facit de Eucaristia et commemoracio de apostolis.

(885) Ad Matutinas Invit. *Christum regem regum*. Ps. *Venite*. Ymnus cum cantu suo proprio. In fine dicitur ℣ *Gloria tibi domine*, si in octava Eucaristie evenerit.

(886) In I[o] Nocturno Ant. *Petrus et Iohannes*. Ps. *Celi enarrant* etc. ut in libro habetur. ℣ *In omnem terram*. Sermo beati Leonis pape *Omnium quidem sanctorum solempnitatum* etc. Primum ℟ *Symon Petre*. Secundum ⟨℟⟩ *Si diligis me*. Tercium ⟨℟⟩ *Domine si tu*.

(887) In II° Nocturno Ant. *In nomine Iesu Christi.* Ps. *Omnes gentes* etc. ℣ *Constitues.* Quartum ℟ *Solve iubente.* Quintum ⟨℟⟩ *Tu es pastor ovium.* Sextum ⟨℟⟩ *Ego pro te rogavi.*

(888) In III° Nocturno Ant. *Petrus autem servabatur.* Ps. *Confitebimur* etc. ℣ *Nimis honorati.* Lectio sancti evangelii secundum Matheum *In illo tempore Venit Iohannes (!) in partes.* Septimum ℟ *Quem dicunt homines.* Octavum ⟨℟⟩ *Tu es Petrus.* Nonum ⟨℟⟩ *Petre amas me.* Ps. *Te deum.* ℣ *Tu es Petrus.*

(889) In Laudibus Ant. *Petre amas me* cum ceteris antiphonis et psalmis de Laudibus. Cap. *Petrus quidem.* Ymnus *Eterna Christi munera apostolorum* / (f. 78ᵛ) cum cantu solempni ut supra si evenerit ut dictum est cum ultimo versu videlicet *Gloria tibi domine* etc. ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Quodcumque ligaveris.* Oracio *Deus qui hodiernam diem* etc. Commemoracio de Eucharistia, si octava evenerit, videlicet Ant. *Sacerdotes.* Alia commemoracio ut in libro. Hec oracio supradicta dicitur ad Primam et Sextam. Et si in octava Eucharistie evenerit, dicitur ad Primam oracio *Deus qui nobis sub sacramento* etc. Ad horas cantantur ymni ut iam supra dictum est. Post psalmos loco antiphone dicitur *Alleluia.* ℣ *Tu es Petrus.* Oracio ad Terciam et Nonam *Presta quesumus omnipotens deus ut nullis nos.*

(890) Ad Vesperas Ant. *Iuravit dominus* quere in communi apostolorum. Cap. *Ego sum minimus apostolorum.* ℟ *Mangnus sanctus Paulus.* Ymnus *Aurea luce* dicitur totum. ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Gloriosi principes terre.* Oracio *Deus qui multitudimem.* Et nulla commemoracio fiat de beato Petro, sed bene fiat commemoracio de Eucharistia, si in octava evenerit, et fiant duo *Benedicamus* cum *Alleluia.* Ant. *Vincenti.* ℣ *Panem de celo.* Oracio *Deus qui nobis.* Alia commemoracio de sancto Iohanne Baptiste (!). Ad Completorium ut supra iam dictum est.

(891) In die commemoracionis beati Pauli invitatorium etc. ut in Conversione habetur. Legenda beati Iohannis episcopi *Beatus Paulus apostolus qui tantam.* Tres ultime lectiones de evangelio videlicet *Ecce nos reliquimus omnia,* quere in Conversione. Oracio et ad horas preter Primam et Completorium *Deus qui multitudinem.*

(892) Commemoracio sancti Iohannis. Ant. *Iste puer.* ℣ *Fuit homo.* Oracio *Deus qui presentem diem.* Alia commemoracio Ant. *Petre amas me.* ℣ *Tu es Petrus.* Oracio *Deus qui beato Petro.* Ad Vesperas Ant. *Iuravit* quere in communi apostolorum. Cap. *Bonum certamen.* Ymnus *Doctor egregie.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Vos qui reliquisti omnia.* Oracio ut supra. Commemoracio Sancti Iohannis Ant. *Ingresso*

*Zacharia.* Oracio *Deus qui nos annua.* Alia commemoracio Ant. *Symon Iohannis.* ℣ *Tu es Petrus.* Oracio ut supra. Ad Completorium parve preces. Cetera ut in Completorio Conversionis habentur.

(893) IN OCTAVA BEATI IOHANNIS BAPTISTE lectiones *Bene autem precursor redemptoris nostri.* Cetera ad Matutinas ut in die, excepto quod antiphona de Benedictus non duplicatur. Commemoracio apostolorum Ant. *Petrus apostolus et Paulus.* ℣ *Annunciaverunt opera.* Oracio *Protege domine.* Ad horas ut supra infra octavas habetur. Et ymni ad / (f. 79r) cantum ymni *Deus tuorum militum* cantetur. Ad Vesperas Ant. *Nazareus* super psalmos unius martiris. Capitulum, ymnus, versus ut infra octavas. Ad Magnificat Ant. *Et posuerunt.* Oracio ut supra.

(894) Commemoracio PROCESSI ET MARTINIANI martirum Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Deus qui nos sanctorum.* Alia commemoracio Ant. *Gloriosi principes.* ℣ *In omnem terram.* Oracio *Protege domine.* Et in crastino fiat de predictis martiribus nisi sit dominica vel dies qua fiet de beata Maria.

(895) INFRA OCTAVAS APOSTOLORUM ad Vesperas Ant. *Iuravit* etc. ut in communi apostolorum. Cap. *Hii sunt viri misericordie.* Ymnus *Aurora luce* dicitur totum. ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Gloriosi principes.* Oracio *Protege.* Commemoracio de cruce. Cetera fiant de ipsis ut in communi apostolorum de festis trium lectionum habentur.

(896) In Laudibus Ant. *Hoc est preceptum meum* et dicantur per ordinem. Cap. *Hii sunt viri.* Ymnus *Eterna.* ℣ *Annunciaverunt.* Ad Benedictus Ant. *Petrus apostolus.* Oracio et ad omnes horas preter Primam et Completorium *Protege domine.*

(897) Ad horas ut in communi. Ad Terciam Cap. *Generacio eorum.* Ad Sextam Cap. *Sapienciam sanctorum.* Ad Nonam Cap. *Generacio eorum.* Ad Vesperas ut supra.

(898) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Vesperas Ant. *Iuravit* ut supra. Commemoracio de dominica etc.

(899) Ad Matutinas Invit. *Gaudete et exultate.* Cetera ut in communi apostolorum.

(900) In Laudibus antiphona sola dicatur. Cetera ut infra octavas supra habentur. Et ymni horarum ad cantum ymni *Eterna Christi munera* cantentur. Ad Matutinas lectiones *Cum venisset Paulus Romam.* Tres ultime lectiones de evangelio dominice currentis etc.

(901) Item de Translacione sanctorum Martini et Benedicti fiat sola

commemoracio in primis Vesperis et in Matutinis, si in die dominica vel in illa die qua fiet de beata Maria videlicet de antiphonis de Magnificat et Benedictus videlicet ad Vesperas ℣ *Amavit eum*. Ad Matutinas ℣ *Ora pro nobis*. Oracio diei ipsorum.

(902) IN FESTO TRANSLACIONIS BEATI MARTINI ad Vesperas Ant. *Iuravit dominus* ut in communi apostolorum. Cap. *Ecce sacerdos mangnus*. Ymnus *Rex Christe Martini*, quere in festo eiusdem. Et dicitur totum. ℣ *Amavit*. Ad Magnificat Ant. *O beatum virum cuius anima*. Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui in hac festivitate*.

(903) Eodem die commemoracio ULDARICI (!) episcopi et confessoris Ant. *Sacerdos* / (f. 79v) *et pontifex*. ℣ *Iustum deduxit*. Oracio *Da quesumus omnipotens deus*, quere in communi. Alia commemoracio Ant. *Gloriosi principes*. ℣ *In omnem terram*. Oracio *Protege*.

(904) Ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi ut in die sancti Martini. Tres lectiones de ystoria cum tribus responsoriis diei secundum varietatem ferie currentis. Ps. *Te deum* non dicitur. ℣ *Ora pro nobis*.

(905) In Laudibus Ant. *Dixerunt discipuli* super psalmos Laudum. Capitulum, ymnus, versus, ad Benedictus antiphona ut in die. Oracio ut supra. Commemoracio Ant. *Euge serve*. ℣ *Iustum deduxit*. Oracio ut supra. Alia commemoracio Ant. *Petrus apostolus*. ℣ *Annunciaverunt*. Oracio *Protege domine*. Cetera ad horas ut infra octavas beati Martini habentur.

(906) ⟨IN OCTAVA APOSTOLORUM⟩ Vespere de apostolis ut infra octavas habentur. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Deus cuius dexteram* (!). Cetera ut in octava apostolorum ut supra in dominica infra octavas habentur. Legenda *Petrus et Paulus dixerunt*. Lectio sancti evangelii secundum Matheum *In illo tempore Iussit Iesus discipulos suos*.

(907) In Laudibus Ant. *Hoc est preceptum* cum aliis antiphonis et psalmis etc. Cetera ut in dominica infra octavas. Oracio ut supra.

(908) IN FESTO SANCTORUM CHILIANI SOCIORUMQUE EIUS Ant. *Isti sunt sancti*. Oracio, quere in festo sequenti.

(909) IN FESTO SANCTORUM SEPTEM FRATRUM MARTIRUM FILIORUM SANCTE FELICITATIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Hec est vera fraternitas*. Ad Benedictus Ant. *Cum vidisset Iesus*. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires*.

(910) IN FESTO TRANSLACIONIS BEATI BENEDICTI ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Pater sancte* quere in festo eiusdem. ℣ *Ora pro*

*nobis*. Ad Benedictus Ant. *Sanctissime confessor*. Oracio *Intercessio nos quesumus domine*.

(911) IN FESTO BEATI ALEXI⟨I⟩ CONFESSORIS oracio *Deus qui nos annua*.

(912) IN FESTO BEATE MARGARETE oracio *Deus qui beatam Margaretam*.

(913) IN FESTO BEATE PRAXEDIS VIRGINIS ET MARTIRIS oracio *Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi elegis ut forcia queque confundas da nobis in festivitate*.

(914) IN FESTO BEATE MARIE MAGDALENE in dominica infra octavas et in octava ymni horarum ad cantum ymni *Sermone blando angelus* cantentur. Et oracio videlicet *Largire nobis* / (f. 80r) dicitur in die ad omnes horas preter Completorium. Infra octavas vero et in octava eciam dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium.

(915) In festo beate Marie Magdalene ad Nonam Ant. *Tulerunt dominum*. Cap. *Confitebor*. ℟ *Audi filia*. Ad Vesperas Ant. *Recunbente Iesu*. Ps. *Laudate pueri* cum aliis *Laudate* et antiphonis ut in libro habetur. Cap. *Fallax gracia*. ℟ *O peccatoris solacium*. Ymnus *Repleta gaudio*. ℣ *Optimam partem*. Ad Magnificat Ant. *In diebus illis mulier*. Oracio ut supra. Ad Completorium ut consuetum est.

(916) In die ad Matutinas Invit. *Eternum trinumque deum laudemus*. Ymnus *Repleta gaudio*.

(917) In I° Nocturno Ant. *Cum discubuisset*. Ps. *Domine dominus noster* etc. ℟ *Difusa est*. Sermo beati Gregorii pape *Quem phariseus de falsa iusticia*. Primum ℟ *Letetur omne seculum*. Secundum ⟨℟⟩ *Optimam partem*. Tercium ⟨℟⟩ *Felix Maria*.

(918) In II° Nocturno Ant. *Symon autem*. Ps. *Eructavit* etc. ℣ *Specie tua*. Quartum ⟨℟⟩ *O beata Maria*. Quintum ⟨℟⟩ *Optimam partem*. Sextum ⟨℟⟩ *Pectore sincero*.

(919) In III° Nocturno Ant. *Satagebat* etc. Ps. *Cantate I* etc. ℣ *Audi filia*. Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Rogabat Iesum quidam phariseus*. Septimum ℟ *Celsi meriti*. Octavum ⟨℟⟩ *Potissima mercede*. Nonum ℟ *O felix sacrorum*. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Optimam partem*.

(920) In Laudibus Ant. *Laudibus excelsis* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Qui gloriatur*. Ymnus *Nardi Maria pistici*. *Honor decus* etc. cum cantu ymni *Sermone blando*. ℣ *Optimam partem*. Oracio ut supra. Per horas *Alleluia*. ℣ *Optimam partem*.

(921) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos

*Letatus sum. Ad te levavi* etc. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Optimam partem.* Prosa *O Maria Magdalena.* Ad Magnificat Ant. *Maria Magdalene.* Oracio ut supra.

(922) Commemoracio sancti APOLINARIS martiris Ant. *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Largire nobis quesumus beati Apolinaris* etc. Ad Completorium ut supra.

(923) Et si infra octavas beate Marie Magdalene fiat de aliquo festo, fiant commemoraciones de ipsa de antiphonis de suis Laudibus et dicantur tam in Laudibus quando fiat de ipsa quam in commemoracionibus per ordinem.

(924) In crastino beate Marie Magdalene fiat de predicto martire ut consuetum est fieri de festis trium lectionum. Et in omnibus festis infra octavas beate / (f. 80v) Marie Magdalene contingentibus semper in primis Vesperis dicitur Ant. *Laudibus excelsis* super psalmos iam dictis. Eciam quando fiet de beata Maria virgine infra octavas predictas nichil de beata Maria Magdalene nisi commemoracio tantum in primis Vesperis beate Marie virginis et in Matutinis sequentibus.

(925) IN FESTO BEATE CHRISTINE VIRGINIS ET MARTIRIS oracio *Sancte virginis et martiris.*

(926) IN VIGILIA BEATI IACOBI APOSTOLI ad Nonam ut in communi apostolorum habetur. Oracio *Beati apostoli tui Iacobi cuius.* Ad Vesperas Ant. *Laudibus excelsis* super psalmos *Letatus sum* etc. cum ceteris. Cetera ut in communi apostolorum. Oracio ut supra. Et fiant duo *Benedicamus.* Post primum *Benedicamus* primo fiat commemoracio de dominica, si evenerit etc., postea de sancto CHRISTOFORO de antiphona videlicet *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Deus qui sanctam nobis.* Alia commemoracio de beata Maria Magdalene antiphona ut supra dictum est. ℣ *Optimam partem elegit.* Oracio *Largire nobis quesumus domine.* Ad Completorium ut in communi de festis habetur duplicibus.

(927) In die beati Iacobi ad Matutinas Invit. *Gaudete et exultate* etc. ut in communi. Lectiones videlicet *Tempore illo Iacobus apostolus domini nostri Iesu Christi* etc. In tribus ultimis lectionibus evangelium secundum Matheum *In illo tempore Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedei.* Et si in dominica evenerit, de evangelio dominice fiant due ultime lectiones. Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.* Cetera ut in communi. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Esto domine plebi tue.* Post *Benedicamus* commemoracio sancti Christofori Ant. *Hic vir despiciens.* ℣ *Iustus ut palma.* Oracio ut supra. Alia commemoracio de beata Magdalene ut supra.

(928) INFRA OCTAVAS BEATE MARIE MAGDALENE ad Vesperas Ant. *Laudibus* super psalmos videlicet *Letatus sum.* Cap. *Fallax gracia.* Ymnus *Repleta gaudio.* ℣ *Optimam partem.* Ad Magnificat antiphona videlicet *Recunbente Iesu* cum ceteris etc., quantum necesse fuerit et dicantur per ordinem. Et fiat commemoracio de cruce.

(929) Ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi ut in die. Versus ante lectiones de I° Nocturno vel de II° Nocturno secundum quod ferie variantur. Legenda de ystoria. Tria responsoria de responsoriis diei dicantur ut supra de consimilibus habentur. Psalmus videlicet *Te deum* non dicitur. ℣ *Optimam partem.*

(930) In Laudibus antiphona sola dicitur de Laudibus diei videlicet illa que tunc per ordinem habetur, et dicantur per ordinem. Et illa que / (f. 81r) in Laudibus dicta fuerit, ad horas non dicitur. Capitulum, ymnus, versus, antiphona de Benedictus et oracio ut in die.

(931) Ad horas ymni cantentur ad cantum ferialem. Ad Terciam Cap. *Sapiencia vincit.* ℟ *Difusa est.* Ad Sextam Cap. *Confitebor tibi domine.* ℟ *Specie tua.* Ad Nonam Cap. *Memorata sunt.* ℟ *Audi filia.* Et si necesse fuerit ad Vesperas ut supra.

(932) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Magnificat Ant. *In diebus illis.* Cetera ut ⟨in⟩ Vesperis precedentibus.

Ad Matutinas ut in die. Sex prime lectiones de ista legenda videlicet *Licet a plerisque relatoribus* etc. Tres ultime lectiones de evangelio dominice currentis. Çetera ut infra octavas. Ad Magnificat Ant. *Maria Magdalene.*

(933) IN FESTO SANCTORUM NAZAREI, CELSI, PANTHALEONIS etc. oracio *Concede quesumus omnipotens deus.*

(934) IN OCTAVA BEATE MARIE MAGDALENE ad Vesperas Cap. *Fallax gracia.* Cetera ut in dominica infra octavas. Commemoracio sanctorum FELICIS pape, SIMPLICII etc. Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Commemoraciones sequentes dicantur sub una terminacione videlicet *Sancti Felicis confessio. Presta quesumus domine ut sicut populus christianus* etc.

(935) Ad Matutinas ut in die. Commemoracio de sanctis ut supra Ant. *Cum vidisset Iesus.* ℣ *Iustorum autem.* Oraciones ut supra.

(936) Ad Primam Ant. *Quo tecum.* Ad Terciam Ant. *Pectore sincero.* Ad Sextam Ant. *Hic certe.* Ad Nonam Ant. *Tulerunt dominum.* Cetera ut infra octavas. Ad Matutinas lectiones *Postquam dominus Iesus Christus dei et homini* etc. Ad Vesperas Ant. *Laudibus excelsis.* Cetera

ut in dominica infra octavas etc. Commemoracio sanctorum ABDON ET SENNEN Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Deus qui sanctis tuis Abdon et Sennem* (!).

(937) IN FESTO BEATI GERMANI EPISCOPI ET CONFESSORIS Ant. *Sacerdos et pontifex.* Oracio *Deus qui hodiernam diem sacratissimam.*

(938) Nota quod si festum Invencionis sancti Stephani in dominica evenerit etc. feria IIª sequenti celebretur. Et in dominica fiat de dominica Iª augusti vel fiat Nocturnus in feriis IIIª et IIIIª post festum sancti Bartholomei pro responsoriis secundi et tercii Nocturni dominice kalendas augusti complendis. Et de sanctis fiat commemoracio in Vesperis et in Matutinis.

(939) Item IN FESTO SANCTI PETRI AD VINCULA etc. / (f. 81ᵛ), si tibi (sic cod., fortasse: sicubi) sit duplex, ad Nonam ut in Nona diei. Quoad nos ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Petrus quidem servabatur.* ℟ *Cornelius centurio.* Ymnus *Iam bone pastor. Sit trinitati.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magnificat Ant. *Angelus domini astitit.* Oracio *Deus qui beatum Petrum.* Commemoracio EUSEBII episcopi et martiris Ant. *Beatus vir qui suffert.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Beati Eusebii domine.* Alia commemoracio ⟨MACHABEORUM⟩ Ant. *Hec est vera fraternitas.* ℣ *Letamini in domino.* Oracio *Fraterna nos domine martirum tuorum.* Ad Completorium parve preces dicuntur.

(940) Ad Matutinas Invit. *Tu es pastor ovium princeps apostolorum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Exultet.*

(941) In Iº Nocturno antiphona videlicet *In plateis.* Cetera que hic non reperientur etc. quere in Cathedra sancti Petri. Lectiones videlicet de sermone sancti Augustini episcopi videlicet *Quantorum mirabilium* etc. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Venit Iesus in partes.* Septimum ℟ *Petrus quidem servabatur.* Octavum ⟨℟⟩ *Surge Petre.* Nonum ⟨℟⟩ *Nunc scio vere.* Cetera quere ut supra.

(942) In Laudibus Cap. *Petrus quidem.* Ymnus, versus, ad Benedictus antiphona quere omnia ut supra. Oracio *Deus qui beatum Petrum.* Commemoracio Ant. *Hic vir despiciens.* ℣ *Iustus ut palma.* Oracio ut supra. Alia commemoracio Ant. *Cum vidisset Iesus turbas.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra. Et ymni horarum cantentur ad cantum ymni *Eterna Christi munera.*

(943) Ad Primam Ant. *In plateis.* Cetera cum parvis precibus ut consuetum est in festis IX lectionum non duplicibus etc. Ad Terciam Ant. *Ait Petrus.* Cap. *Angelus domini.* ⟨℟⟩ *In omnem terram.* Ad Sextam

Ant. *Petrus apostolus.* Cap. *Exiens Petrus.* Ad Nonam Ant. *Cornelius centurio.* Cap. *Et Petrus ad se reversus.*

(944) Ad Vesperas Ant. *Iuravit,* quere in communi apostolorum. Cap. *Angelus domini.* Ymnus, versus et ad Magnificat antiphona, ut supra quere. Oracio ut supra. Commemoracio sancti Stephani pape et martiris Ant. *Qui dum esset,* quere in festo Clementis. ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Deus qui nos annua,* quere in communi. Cetera ut in communi de festis trium lectionum habentur.

(945) IN FESTO INVENCIONIS SANCTI STEPHANI ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Stephanus plenus gracia.* ℟ *Igitur dissimulata.* Ymnus *Deus tuorum militum.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Ostendit sanctus Gamaliel.* Oracio *Deus qui es sanctorum tuorum splendor.* Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Completorium parve preces dicantur. / (f. 82r)

(946) Ad Matutinas Invit. *Adoremus regem.* Ymnus *Deus tuorum.*

(947) In I° Nocturno Ant. *Luciano venerabili.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis et psalmis ut habetur in libro. Lectiones Sermo beati Augustini episcopi *Ad aquas Tibilitanas.* Primum ℟ *Beatus Gamaliel.* Secundum ⟨℟⟩ *Igitur dissimulata.* Tercium ⟨℟⟩ *Vade Luciane.* Quartum ⟨℟⟩ *Lucianus presbiter.* Quintum ⟨℟⟩ *Cum scirem.* Sextum ⟨℟⟩ *Sacerdos dei Lucianus.* Septimum ⟨℟⟩ *Sanctus Gamaliel.* Octavum ⟨℟⟩ *Vides o ⟨frater⟩ Luciane.* Nonum ⟨℟⟩ *Sanctus Iohannes episcopus.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(948) In Laudibus Ant. *Regressus Lucianus* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Elegerunt.* Ymnus *Sancti* (!) *dei preciose.* ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *Ex odoris mira.* Oracio ut supra.

(949) Et ymni horarum ad cantum ymni *Deus tuorum* cantentur. Per horas antiphone de Laudibus. Ad Terciam Cap. *Stephanus plenus gracia.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Sextam Cap. *Cum autem esset Stephanus.* Ad Nonam Cap. *Positis autem genibus.* Ad Vesperas Ant. *Dum inventum esset* super psalmos unius martiris. Cap. *Stephanus plenus.* Ymnus *Sancte dei preciose.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Hodie sanctus Iohannes pontifex.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(950) IN FESTO BEATI DOMINICI CONFESSORIS ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Dilectus deo et hominibus.* ℟ *Iustus ut palma.* Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat Ant. *Similabo eum* etc. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Deus qui ecclesiam tuam beati Dominici confessoris.*

(951) Commemoracio AFFRE SOCIARUM⟨QUE⟩ eius Ant. *Simile est*

*regnum celorum homini negociatori.* ℣ *Difusa est gracia in labiis tuis.* Oracio *Familiam tuam quesumus domine.* Cetera ut unius confessoris non pontificis de festis IX lectionum habentur. Lectiones etc. *Dominicus ordinis predicatorum dux et pater* etc. Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis beate.*

(952) In Laudibus Ant. *Quinque michi* etc. cum aliis. Commemoracio Affre Ant. *Simile est regnum celorum sagene.* ℣ *Adiuvabit eam.* Oracio ut supra. Cetera ut in communi habentur.

(953) Ad Vesperas commemoracio sanctorum SIXTI pape et martiris, FELICISSIMI ET AGAPITI martirum Ant. *In circuiti tuo domine* etc. Oraciones sequentes dicantur sub una terminacione videlicet *Deus qui conspicis. Deus qui nos concedis sanctorum martirum* etc. Cetera fiant de ipsis ut consuetum est fieri de consimilibus etc. / (f. 82*è*).

(954) IN FESTO BEATI DONATI EPISCOPI ET MARTIRIS ad Magnificat Ant. *Beatus vir qui suffert.* Oracio *Deus tuorum gloria sacerdotum.*

(955) IN FESTO SANCTORUM CIRIACI SOCIORUMQUE EIUS ⟨oracio *Deus qui nos annua*⟩.

(956) IN FESTO BEATI ROMANI MARTIRIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Dixit Romanus.* Oracio *Deus qui nos,* quere in communi.

(957) IN FESTO BEATI LAURENCII in dominica infra octavas et in octava ymni horarum ad cantum ymni *Deus tuorum militum* cantentur.

(958) In vigilia beati Laurencii martiris ad Nonam Ant. *Veni desiderator bone.* Cap. *Stabilita sunt.* ℟ *Mangna est gloria.* Oracio *Adesto domine supplicacionibus.* Ad Vesperas Ant. *Levita Laurencius* super psalmos feriales. Cap. *Qui parce seminat parce et metet.* ℟ *Strinxerunt corporis.* Ymnus *Deus tuorum.* ℣ *Gloria et honore* vel *Ora pro nobis beate* etc. Ad Magnificat Ant. *Confitebor tibi.* Oracio ut supra ad Nonam. Ad Completorium ut supra sine precibus.

(959) In die ad Matutinas Invit. *Venite adoremus regem regum.* ⟨Ymnus⟩ *Deus tuorum militum.*

(960) In I° Nocturno Ant. *Quo progrederis* etc. cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. Post psalmum finitum dicitur primo versiculus ut habetur in libro, deinde finito versiculo dicitur antiphona. Et sic fiat de consimilibus sequentibus etc. Sermo beati Leonis pape *Cum omnium dilectissimi summo virtutum.* Primum ℟ *Levita Laurencius.* Secundum ⟨℟⟩ *Puer meus.* Tercium ⟨℟⟩ *Strinxerunt.*

(961) In II° Nocturno Ant. *Beatus Laurencius* etc. ℣ *Posuisti.* Quartum ⟨℟⟩ *Quo progrederis.* Quintum ⟨℟⟩ *Noli me.* Sextum ⟨℟⟩ *Beatus Laurencius.*

(962) In IIIº Nocturno Ant. *Strinxerunt* etc. ℣ *Mangna est* etc. Item sermo beati Ambrosii episcopi *Beatissimi Laurencii martiris cuius* etc. Septimum ⟨℟⟩ *Beatus Laurencius.* Octavum ⟨℟⟩ *In craticula.* Nonum ⟨℟⟩ *Beatus vir Laurencius.* Ps. *Te deum.* ℣ *Dispersit dedit.*

(963) In Laudibus Ant. *Laurencius ingressus est* etc. cum omnibus antiphonis et psalmis ut habetur in libris. Cap. *Qui parce seminat.* Ymnus *Martir dei qui unicum.* ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *In craticula.* Oracio ad omnes horas preter Completorium videlicet *Da quesumus domine viciorum nostrorum.*

(964) Ad horas post psalmos Ant. *Alleluia Laurencius bonum opus* etc. Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos unius martiris. Post sequitur *Alleluia Levita Laurencius.* Prosa *Furit igitur prefectus.* / (f. 83ʳ) Ad Magnificat Ant. *Beatus Laurencius dum in craticula.* Oracio ut supra.

(965) Commemoracio sancti TIBURCII Ant. *Inclitus martir Tiburcius.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Beati Tiburcii nos domine.*

(966) Die sequenti fiat de ipso martire ut consuetum est fieri de consimilibus excepto quod non sit dominica vel dies qua fit de beata Maria. Et commemoracio de beato Laurencio de antiphonis de Laudibus ut de consimilibus supra habetur.

(967) INFRA OCTAVAS BEATI LAURENCII ad Vesperas Ant. *Levita Laurencius.* Psalmos ut supra habentur in Vesperis. Capitulum etc. *Qui parce seminat.* Ymnus *Deus tuorum.* ℣ *Gloria et honore.*

(968) Ad Magnificat Ant. *Beatus Laurencius.* Oracio ut supra. Commemoracio fiat de cruce. Ad Completorium ymnus *Te lucis* etc. cum parvis precibus.

(969) Ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone sine versiculis, psalmi ut in die. Lectiones de ystoria currente etc. Versus ante lectiones cum tribus responsoriis de responsoriis diei dicantur secundum exigenciam ferie currentis. Ps. *Te deum* non dicitur. ℣ *Dispersit dedit.*

(970) In Laudibus antiphone Laudum dicantur per ordinem. Et si fiat de alio officio eciam in commemoracione dicantur per ordinem. Cap. *Qui parce.* Ymnus cum cantu ferie, versus, antiphona de Benedictus et oracio ut in die.

(971) Et ymni horarum ad cantum ferialem cantentur. Ad Primam Ant. *Beatus Laurencius.* Capitulum, responsorium, parve preces, oracio ut in feria. Ad Terciam Ant. *Gracias ago.* Cap. *Confitebor tibi domine rex.* ℟ *Gloria et honore.* Oracio ad Terciam et Nonam *Ex⟨c⟩ita domine in ecclesia*

*tua* etc. Ad Sextam Ant. *O Ypolite*. Cap. *Beatus vir qui inventus*. ℟ *Posuisti*. Ad Nonam Ant. *Veni desiderator*. Cap. *Stabilita sunt*. ℟ *Mangna est gloria*. Ad Vesperas si nessece fuerit ut supra.

(972) Nota quod si festum beati Ypoliti in sabbato evenerit, eadem die celebretur et officium beate Marie virginis in feria VI[a] precedenti cantetur. Et si in dominica evenerit, feria II[a] sequenti celebretur et in eadem feria fiat sola commemoracio Eusebio (!) confessoris.

(973) IN FESTO BEATI YPOLITI ad Vesperas Ant. *Levita Laurencius* super psalmos ut supra in Vesperis habetur. Cap. *Iustus si morte*. Ymnus *Deus tuorum*. ℣ *Gloria et honore*. Ad Magnificat Ant. *O Ypolite si credis*. Oracio *Da nobis quesumus omnipotens deus ut qui beati Ypoliti* etc. Commemoracio de sancto Laurencio fiat ut supra videlicet de antiphonis de suis Laudibus. ℣ *Dispersit*. Oracio *Da quesumus omnipotens deus viciorum*.

(974) Ad Matutinas etc. Invit. *Regem martirum* cum cantu feriali. Ymnus *Deus tuorum*. / (f. 83[r]) Antiphone et psalmi ut ⟨in⟩ communi unius martiris. Versus ante lectiones ut in communi consuetum est cum duobus responsoriis de communi secundum exigenciam ferie currentis. Tres lectiones fiant de legenda que sequitur videlicet *Regressus itaque igitur Ypolitus* etc. Tercium ℟ *O Ypolite si credis*. Ps. *Te deum* non dicitur.

(875) In Laudibus Ant. *Dixit Ypolitus ad Decium* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Placens deo*. Ymnus *Martir dei qui unicum* cum cantu suo proprio. ℣ *Iustus ut palma*. Ad Benedictus Ant. *Oravit sanctus Ypolitus*. Oracio ut supra.

(976) Commemoracio de sancto Laurencio ut supra et ymni horarum ad cantum ferialem cantentur. Ad horas antiphone de Laudibus dicantur. Et ultima antiphona Laudum dicitur ad Nonam. Capitula, responsoria ut in communi unius martiris habentur.

(977) DOMINICA INFRA OCTAVAS BEATI LAURENCII ad Magnificat Ant. *Confitebor tibi domine* etc. Et si fiat aliud officium in istis in commemoracione beati Laurencii antiphona predicta non dicitur sed illa de Laudibus, que tunc per ordinem habetur. Et sic fiat de consimilibus nisi de contrario videatur. Cetera ut infra octavas beati Laurencii habentur.

(978) Ad Matutinas sex prime lectiones de passione beati Laurencii videlicet *Parata autem passione* etc. Tres ultime lectiones de evangelio ⟨dominice⟩ currentis. Cetera ut in die, exceptis versiculis antiphonarum. Et in Laudibus sola antiphona dicitur videlicet illa, que tunc per ordinem habetur. Cetera ut supra infra octavas habentur.

(979) Nota quod si festum Assumpcionis beate Marie vel Nativitatis in feria VI[a] eveneri[n]t, Iovis precedenti fiat de beata Maria ut in diebus sabbatis fieri consuetum est. Si in sabbato evenerit, fiat de ipsa in feria VI[a] precedenti. Item si in dominica evenerit, fiat private commemoracio de dominica de antiphona ystorie currentis. Et evangelium dominice cum suis antiphonis in feria II[a] sequenti legatur.

(980) IN FESTO BEATI EUSEBII CONFESSORIS oracio *Deus qui nos beati Eusebii*, quere in communi.

(981) IN VIGILIA BEATE MARIE ASSUMPCIONIS ad Nonam ymnus *Rerum deus tenax* cum cantu ymni *Fit porta Christi pervia*. Ant. *Vulnerasti cor meum*. Capitulum et predictam antiphonam quere infra octavas. Oracio *Deus qui virginalem aulam*. Ad Vesperas Ant. *⟨H⟩ortus conclusus*. Ps. *Laudate pueri* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Quasi cedrus*. ℟ *Benedicta et venerabilis*. Ymnus / (f. 84[r]) *O quam glorifica luce*. ℣ *Ave Maria* sine *Alleluia*. Ad Magnificat antiphona ante et post *Virgo prudentissima*. Oracio *Deus qui virginalem aulam*.

(982) Fiat private commemoracio de sancto Laurencio et de dominica si in sabbato vel in dominica evenerit.

(983) Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix*. Cap. *Multe filie*. ℣ *Benedicta tu*. Ad Nunc dimittis Ant. *Fratruelis meus*. Oracio *Concede misericors deus*.

(984) In die ad Matutinas Invit. *Ave dei genitrix virgo*. Ps. *Venite*. Ymnus *Fit porta Christi*.

(985) In I[o] Nocturno Ant. *Exaltata es* cum omnibus antiphonis et psalmis ut in libro etc. Sermo beati Ieronimi presbiteri *Cogitis me o Paula et Eustochium*. Primum ℟ *Vidi speciosam* cum aliis duobus ut in libro.

(986) In II[o] Nocturno Ant. *Speciosa facta est* cum aliis antiphonis et psalmis etc. Quartum ℟ *Ista est speciosa* cum aliis responsoriis.

(987) In III[o] Nocturno Ant. *Gaude Maria*. Ant. *Dignare me*. Ant. *Ista est*. Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Intravit Iesus in quoddam castellum*. Septimum ℟ *Super salutem*. Octavum ⟨℟⟩ *Beata es*. Nonum ⟨℟⟩ *Hodie Maria virgo*. Ps. *Te deum*. ℣ *Exaltata es*.

(988) In Laudibus Ant. *Assumpta est Maria in celum* cum omnibus antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *In omnibus requiem quesivi*. Ymnus *O gloriosa domina excelsa*. ℣ *Elegit eam*. Ad Benedictus antiphona ante et post *Que ⟨est⟩ ista que ascendit*. Oracio ad omnes horas preter Completorium *Veneranda nobis*. Commemoracio ut supra de sancto Laurencio. Ad horas Ant. *Alleluia*. ℣ *Assumpta est Maria in celum*. Oracio ut supra.

(989) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos videlicet *Dixit dominus. Laudate pueri* etc. cum aliis. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Hodie Maria virgo.* Prosa *Hodie namque curie.* Ad Magnificat antiphona ante et post *Hodie Maria virgo.* Oracio ut supra.

(990) Et dicto *Benedicamus* fiant commemoraciones sequentes. Primo de sancto Theodolo de Ant. *Magnificum antistitem.* ℣ *Amavit eum.* Oracio *Concede quesumus domine beati confessoris tui.* Ecclesia cathedralis dicit unum *Magnificat* propter solempnitatem reliquiarum quas habet. Alia commemoracio de sancto Laurencio ut supra.

(991) Ad Completorium ut in Completorio precedenti. Ad Nunc dimittis Ant. *Nigra sum sed formosa.* Oracio *Concede misericors.*

(992) Nota quod in die beati Theodoli et in octava beati Laurencii fit duplex officium per horas per totam diem, primo de predictis sanctis postea / (f. 84v) de beata Maria ut infra octavas Assumpcionis habetur, excepto quod per horas dicuntur psalmi et ymni diei consueti de beata Maria videlicet per horas ymnus *Memento salutis.*

(993) Ad Primam Ps. *Deus in nomine tuo. Laudate dominum omnes gentes. Confitemini domino.* Cap. *Ego mater pulcre.* ℟ *Ave Maria gracia.* ℣ *Difusa est.*

(994) Et si festum predictum vel octave predicte in dominica evenerint, in Matutinis beate Marie fiant tantum novem psalmi et tres lectiones cum tribus primis responsoriis de responsoriis diei. Cetera ut infra octavas habentur.

(995) IN DIE BEATI THEODOLI ad Matutinas Invit. *Adoremus Christum regem quo donante.* Ymnus *Iste confessor.*

(996) In I° Nocturno Ant. *Fructuose arbori* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Lectiones videlicet *Temporibus mangni Karoli* etc. Primum ℟ *Universi fines Burgundie* cum ceteris responsoriis ut in libro habetur. Nonum ℟ ⟨*Per*⟩ *virtutem superni.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(997) In Laudibus Ant. *Thebeorum legio* etc. cum aliis antiphonis et psalmis etc. Cap. *Statuit illi testamentum.* Ymnus *Iesu redemptor omnium perpes* cum suo cantu. ℣ *Iustus germinabit.* Ad Benedictus Ant. *Die presul hodierna.* Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Concede quesumus* ut supra. Commemoracio sancti Laurencii antiphona ultima de suis Laudibus. ℣ *Dispersit dedit pauperibus.* Oracio *Da nobis quesumus domine viciorum.*

(998) Ad horas ymni cantentur ad cantum ymni de Laudibus unius confessoris. Ad Primam Ant. *Illustris civitas.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu fili.* Oracio sine precibus *Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui nos ad principium.* Ad Terciam Ant. *Hanc Sedunum.* Cap. *Beatificavit illum.* ℟ *Amavit eum dominus.* Ad Sextam Ant. *Postquam occubuit.* Cap. *Statuit illi testamentum sempiternum circummisit.* ℟ *Iustum deduxit.* Ad Nonam Ant. *Iure Christi prefertur.* Cap. *Labia sacerdotis.* ℟ *Iustus ut palma.*

(999) Ad Vesperas Ant. *Curam gerens* super psalmos unius confessoris. Cap. *Talis enim.* Ymnus *Iste confessor domini.* Ad Magnificat Ant. *Ossa legens Thebeorum.* Oracio ut supra. Commemoracio sancti Laurencii Ant. *Confitebor.* ℣ *Dispersit.* Oracio *Beati Laurencii nos faciat.* Alia commemoracio beati MAMMETIS ⟨Ant.⟩ *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Deus qui nos,* quere in communi.

(1000) Ad Completorium ymnus / (f. 85r) *Iesu redemptor seculi.* Cap. *Pacem et veritatem.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Salva nos domine.* Oracio *Deus qui illuminas noctem.*

(1001) IN OCTAVA BEATI LAURENCII ad Matutinas ut in die exceptis versiculis antiphonarum. Cetera ut in dominica infra octavas et dicitur oracio videlicet *Beati Laurencii nos faciat* et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Matutinas lectiones de passione eiusdem etc. Cetera ut supra. Commemoracio Mammetis Ant. *Hic vir despiciens.* Ad Primam capitulum prout supra in festo beati Theodoli. Cetera ut supra in dominica infra octavas.

(1002) Ad Vesperas Ant. *Levita Laurencius.* Post ymnum ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Beatus Laurencius dum in craticula.* Oracio ut supra.

(1003) Commemoracio beati AGAPITI Ant. *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Letetur ecclesia tua deus beati.* Ad Completorium prout habetur supra in festo beati Theodoli.

(1004) IN FESTO BEATI MANGNI MARTIRIS oracio de communi. Et fiat tantum commemoracio de ipso in primis Vesperis et ad Matutinas.

(1005) INFRA OCTAVAS BEATA MARIE ASSUMPCIONIS ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, versus ut in die. Et dicantur responsoria diei secundum varietatem feriarum et dicitur Ps. *Te deum.* ℣ *Exaltata est sancta dei genitrix.*

(1006) In Laudibus Ant. *Assumpta est Maria* super psalmos Laudum. Et dicantur predicte antiphone de Laudibus tam in dominica infra octavas, si contingat, quam infra octavas per ordinem. Et in reiteracione dictarum antiphonarum antiphona videlicet *Assumpta est* non reiteratur, quia ad Vesperas semper dicitur.

(1007) Ad Matutinas Cap. *In omnibus requiem quesivi.* Ymnus *O gloriosa domina.* ℣ *Elegit.* Ad Benedictus antiphona et non mutetur *Nigra sum.* Oracio *Veneranda domine huius.*

(1008) Ad Primam Ant. *Oculi tui sancta dei.* Cap. *Omnis homo.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Qui natus est de* etc. ℣ *Difusa est gracia.* Oracio *Veneranda.* Ad Terciam Ant. *Surge aquillo et.* Cap. *Dilectus meus loquitur.* ℟ *Difusa est.* Oracio *Famulorum tuorum quesumus.* Ad Sextam Ant. *Aque multe.* Cap. *Que est ista que ascendit.* ℟ *Specie tua et pulcritudine.* Oracio *Concede misericors deus.* Ad Nonam Ant. *Vulnerasti cor meum.* Cap. *Viderunt eam filie.* ℟ *Audi filia.* Oracio *Subveniat domine plebi tue.*

(1009) Ad Vesperas Ant. *Assumpta est* super psalmos beate Marie. Cap. *In omnibus requiem.* Ymnus *O quam glorifica luce.* ℣ *Difusa est.* | (f. 85v) Iste antiphone que sequuntur dicantur per ordinem ad Magnificat, primo antiphone videlicet *Maria virgo semper letare,* alia *Tota pulcra es* cum aliis sequentibus ut habetur in libris. Oracio *Veneranda domine.* Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix.* Cap. *Multe filie.* ℣ *Benedicta tu.* Ad Nunc dimittis dicantur antiphone videlicet tam in dominica quam infra octavas sequentes per ordinem, primo *Vulnerasti cor meum. Ego flos campi. Omnia poma mea* etc. Oracio *Concede misericors deus fragilitati.* Lectiones tam in dominica quam infra octavas de legenda diei et eciam in octava.

(1010) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Vesperas et ad Completorium ut supra infra octavas habetur. Et commemoracio de dominica currente fiat. Ad Matutinas ut in die excepto quod evangelium dominice currentis legatur. Cetera ut supra infra octavas. In Laudibus antiphona illa que tunc per ordinem habetur. Ad Benedictus antiphona ut supra *Nigra sum.*

(1011) IN OCTAVA ASSUMPCIONIS totum fiat prout in vigilia eiusdem et in die excepto quod non dicitur oracio videlicet *Deus qui virginalem aulam.* Et antiphone de Benedictus et de Magnificat non duplicantur prout in festo. Commemoracio sanctorum ⟨TIMOTHEI ET SYMPHORIANI⟩ Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Auxilium tuum nobis.* Ad Matutinas commemoracio de Ant. *Cum vidisset Iesus turbas.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra.

(1012) Et nota quod ⟨si⟩ in istis octavis vel in octava beate Marie Nativitatis aliquod festum solempne evenerit, totum fiat de solempnitate, et de beata Maria ut in octava habetur, excepto quod per horas ymnus, psalmi etc. ut supra in regula de beato Theodolo habetur.

(1013) IN VIGILIA BEATI BARTHOLOMEI ad Nonam et ad Vesperas Oracio *Concede nobis quesumus deus.* Cetera ut in communi apostolorum de festis duplicibus habentur. Lectiones ad Matutinas videlicet *Indie tres esse ab ystoriagraphis asseruntur* etc. Et si in dominica fuerit, tres ultime lectiones de evangelio dominice currentis dicantur. Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis* etc. ut in communi. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Omnipotens sempiterne deus qui huius* etc.

(1014) IN FESTO SANCTORUM ALEXANDRI ET SECUNDI MARTIRUM oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut sicut sanctorum.*

(1015) IN FESTO SANCTI RUFFI MARTIRIS oracio *Adesto domine supplicacionibus.*

(1016) IN FESTO AUGUSTINI / (f. 86r) ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus cantentur. Ad Nonam ⟨officium⟩ diei habetur. Ad Vesperas Ant. *Inventus igitur* super psalmos feriales. Cap. *Ecce sacerdos mangnus.* ℟ *Volebat.* Ymnus *Mangne pater Augustine.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat Ant. *Adest dies celebris.* Oracio *Adesto supplicacionibus nostris omnipotens deus,* et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Commemoracio sanctorum ⟨HERMETIS, IULIANI ET PELAGII⟩ Ant. *Absterget deus omnem.* ℣ *Letamini.* Oracio *Deus qui beatum Hermen, Iulianum et Pelagium martires tuos.*

(1017) Ad Matutinas Invit. *Mangnus dominus.* Ps. *Venite.* Ymnus *Mangne pater Augustine.*

(1018) In I° Nocturno Ant. *Aperuit Augustinus.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. Lectiones videlicet *Ex provincia Affricana.* Primum ℟ *Invenit se* cum aliis responsoriis ut in libris. Nonum ℟ *Verbum dei.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Ora pro nobis beate.*

(1019) In Laudibus Ant. *Post mortem matris.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. Cap. *Statuit ei testamentum.* Ymnus *Celi cives aplaudite.* ℣ *Iustus germinabit.* Ad Benedictus Ant. *In diebus illis.* Oracio ut supra. Commemoracio sanctorum Ant. *Cum vidisset.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra.

(1020) Ad Primam Ant. *Letare mater.* Cap. *Omnis enim homo* sine precibus. Ad Terciam Ant. *Huius mater.* Capitulum, responsoria et

versus prout unius confessoris et pontificis. Ad Sextam Ant. *Distulit mater.* Ad Nonam Ant. *Surgens autem.* Oracio ut supra.

(1021) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos unius pontificis confessoris. Cap. *Talis enim decebat.* ℟ *Verbum dei.* Ymnus *Mangne pater Augustine.* ℣ *Amavit eum dominus.* Ad Magnificat Ant. *Hodie gloriosus.* Oracio ut supra. Post *Benedicamus* fit commemoracio sancti Iohannis baptiste de Ant. *Inter natos mulierum.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Sancti Iohannis baptiste et martiris* etc. Alia commemoracio SABINE virginis Ant. *Simile est regnum celorum decem virginibus.* ℣ *Specie tua.* Oracio *Deus qui inter cetera,* quere in communi.

(1022) IN DIE DECOLLACIONIS SANCTI IOHANNIS BAPTISTE ad Matutinas Invit. *Regem martirum.* Ymnus *Deus tuorum.* In I° Nocturno Ant. *In lege domini.* Cetera de communi unius martiris prout de festis IX lectionum habentur. Ad Matutinas legenda de sermone beati Ambrosii videlicet *Diximus superiori dominica* etc. Sextum ℟ *Iohannes baptista arguebat.* Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Audivit Herodes tetracha famam Iesu.* Septimum ℟ *Misit Herodes tetrarcha.* Octavum ⟨℟⟩ *Metuebat Herodes.* Nonum ⟨℟⟩ *Accedentes discipuli.* Ps. *Te deum.* ℣ *Posuisti domine.*

(1023) In Laudibus Ant. *Herodes* / (f. 86v) *enim tenuit.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis prout in libro habetur. Cap. *Expectacio iustorum leticia.* Ymnus *O nimis felix martir.* ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *Misso Herode spiculatore.* Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium videlicet ut supra. Commemoracio Sabine Ant. *Simile est regnum celorum homini negociatori.* ℣ *Adiuvabit eam.* Oracio ut supra. Et ymni horarum ad cantum ymni *Deus tuorum* cantentur.

(1024) Ad Primam Ant. *Herodes enim tenuit.* Cap. *Omnis enim homo.* Ad Terciam Ant. *Herodes funestus.* Capitulum, responsoria et versus ut in communi unius martiris. Ad Sextam Ant. *Misit rex incredulus.* Ad Nonam Ant. *Peciit puella.*

(1025) Ad Vesperas Ant. *Arguebat* super psalmos unius martiris. Cap. *Cum compleret Iohannes.* Ymnus *O nimis felix.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *In medio carceris.* Oracio ut supra.

(1026) Commemoracio sanctorum FELICIS ET AUDACTI martirum Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini in.* Oracio *Maiestatem tuam domine.* In crastino fiat de ipsis martiribus ut supra de consimilibus habetur nisi aliud obstet etc. ut supra.

(1027) IN FESTO SANCTI PRISCI MARTIRIS oracio *Omnipotens sempiterne deus fortitudo.*

(1028) Eodem die EGIDII confessoris Ant. *Similabo.* ℣ *Amavit.* Oracio *Deus a quo beatitudo perhennis.*

(1029) Eodem die VERENE virginis Ant. *Simile est enim regnum celorum.* ℣ *Difusa est gracia.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui infirma.*

(1030) Nota quod si festum beate Marie Nativitatis in dominica evenerit, in secundis Vesperis fiat private commemoracio de dominica de antiphona ystorie currentis. Et in feria II[a] sequenti evangelium de dominica predicta ad Matutinas legatur. Et fiant commemoraciones ut in evangelio habentur.

(1031) IN VIGILIA BEATE MARIE NATIVITATIS ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Fit porta Christi.* Ant. *Vulnerasti cor meum.* Cap. *Vox dilecti mei.* ℟ *Audi filia et vide.* Oracio *Supplicacionem servorum tuorum* etc. Ad Vesperas Ant. ⟨*H*⟩*ortus conclusus* ut in vigilia Assumpcionis beate Marie. Cap. *Dominus possedit me.* ℟ *Solem iusticie.* Ymnus *O sancta mundi domina regina.* ℣ *Ave Maria.* Ad Magnificat antiphona ante et post *Adest nanque nativitas beate.* Oracio *Supplicacionem.* Post *Benedicamus* fiat private commemoracio de sancto ADRIANO Ant. *Hic est vere martir.* Oracio *Sancti Adriani martiris tui* etc. Ad Completorium ut in vigilia Assumpcionis beate Marie. Oracio ut supra.

(1032) In die ad Matutinas Invit. / (f. 87r) *Corde et voce.* Ps. *Venite.* Ymnus *Gaude visceribus mater.*

(1033) In I° Nocturno Ant. *Ecce tu pulcra es.* Ps. *Domine dominus noster* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. ℣ *Difusa est.* Sermo beati Augustini episcopi *Adest nobis dilectissimi optatus dies.* Primum ℟ *Hodie nata est* cum ceteris responsoriis etc.

(1034) In II° Nocturno Ant. *Emissiones tue* cum aliis antiphonis et psalmis. ℣ *Specie tua.* Quartum ℟ *Diem festum* cum ceteris.

(1035) In III° Nocturno Ant. *Veni in ortum* cum aliis antiphonis etc. ℣ *Audi filia* etc. Evangelium secundum Matheum *Liber generacionis Iesu Christi.* Septimum ⟨℟⟩ *Beatissime virginis.* Octavum ⟨℟⟩ *Nativitas gloriose.* Nonum ⟨℟⟩ *Stirps Iesse.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(1036) In Laudibus Ant. *Nativitas gloriose.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut habetur in libris. Cap. *Dominus possedit me.* Ymnus *O gloriosa domina.* ℣ *Elegit eam.* Ad Benedictus antiphona ante

et post *Nativitatem hodiernam*. Oracio *Famulis tuis quesumus domine*. Et dicitur hec oracio ad omnes horas preter Completorium. Commemoracio ut supra Ant. *Hic vir despiciens*. ℣ *Iustus ut palma*. Oracio ut supra.

(1037) Ad horas post psalmos *Alleluia*. ℣ *Nativitas gloriose* etc. Ymni horarum cum cantu ut supra dictum est in Nona precedenti.

(1038) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos videlicet *Dixit dominus*. *Laudate pueri* cum ceteris. Post sequitur *Alleluia*. ℣ *Virga Iesse*. Prosa *O quam mira genitura*. Ad Magnificat antiphona ante et post *Quando nata est*. Oracio ut supra. Commemoracio private de sancto GORGONIO martire Ant. *Hic est vere martir*. ℣ *Gloria et honore*. Oracio *Sanctus Gorgonius*.

(1039) Ad Completorium ut in die Assumpcionis beate Marie. Oracio *Supplicacionem servorum*. Et in crastino fiat commemoracio tantum de predicto sancto ad Matutinas.

(1040) INFRA OCTAVAS BEATE MARIE NATIVITATIS ad Matutinas Invit. *Hodie gloriose virginis Marie*. Ymnus, antiphone, psalmi ut in die etc. Feria II^a^ et V^a^ versus ante lectiones *Difusa est gracia*. Item in eisdem feriis primum ℟ *Nativitas tua*. Secundum ℟ *Regali ex progenie*. Tercium ℟ *Solem iusticie*. Feria III^a^ et VI^a^ ℣ *Specie tua* cum tribus responsoriis secundi Nocturni. Feria IIII^a^ et sabbato versus cum responsoriis tercii Nocturni. Post sequitur Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Ora pro nobis*.

(1041) In Laudibus Ant. *Nativitas*, et dicantur per ordinem infra octavas prout in octava Assumpcionis beate Marie habentur. Capitulum, ymnus, versus ut in die. Ad Benedictus antiphona tam infra octavas quam in dominica si evenerit, *Beatissime* / (f. 87^v^) *virginis Marie*. Oracio *Famulis tuis*.

(1042) Ad Primam Ant. *Oculi tui sicut*. Cap. *Omnis enim homo*. ℟ *Christe Iesu*. ℣ *Qui natus est de*. ℣ *Difusa est*. Oracio *Famulis tuis*.

(1043) Ad Terciam Ant. *Surge aquillo*. Cap. *Ego quasi calbanus (!) non*. ℟ *Difusa est*. Oracio *Supplicacionem*.

(1044) Ad Sextam Ant. *Aque multe*. Cap. *Ego ex ore altissimi*. ℟ *Specie tua*. Oracio *Famulis*.

(1045) Ad Nonam Ant. *Vulnerasti cor meum*. Cap. *Vox dilecti mei*. ℟ *Audi filia*. Oracio *Supplicacionem*.

(1046) Ad Vesperas Ant. *Nativitas gloriose* super psalmos beate Marie. Capitula sequencia dicantur per ordinem tam infra octavas quam in octava, Cap. *Dilectus meus descendit in ortum*, item alium Cap. *Dilectus meus loquitur michi surge*. Ymnus *O sancta mundi*. ℣ *Difusa est*. Anti-

phone sequentes dicantur ad Magnificat infra octavas et in dominica, si evenerit, prima Ant. *Hodie nata est.* Alia Ant. *Nativitas tua* etc. ut in libris habetur. Oracio *Famulis tuis.* Ad Completorium ymnus *Virgo dei genitrix.* Cap. *Multe filie.* ℣ *Benedicta tu.* Ad Nunc dimittis antiphone sequentes dicantur per ordinem videlicet Ant. *Vulnerasti cor.* Alia *Ego flos campi* etc. Oracio *Supplicacionem.*

(1047) INFRA OCTAVAM NATIVITATIS legenda de Canticis canticorum *Vox ecclesie optantis Christi adventum: Osculetur me osculo oris sui.*

(1048) IN FESTO SANCTORUM PROTHI ET IACINTI commemoracio Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini in domino.* Oracio *Beatorum Prothi et Iacinti Felicis et Regule nos domine.*

(1049) DOMINICA INFRA OCTAVAS NATIVITATIS BEATE MARIE VIRGINIS ad Vesperas et ad Completorium ut supra infra octavas habetur. Et fiat commemoracio de dominica etc. Ad Matutinas Invit. *Hodie gloriose virginis Marie.* Cetera ut in die exceptis declarandis. Lectiones *O beata Maria seculum omne captivum* etc. Primum ℟ *Nativitas tua.* Secundum ⟨℟⟩ *Regali.* Cetera ut in die. In tribus ultimis lectionibus evangelium de dominica legatur. Et in Laudibus sola antiphona de Laudibus diei dicatur videlicet illa que tunc per ordinem habetur. Cetera ut infra octavas habentur.

(1050) IN FESTO EXALTACIONIS SANCTE CRUCIS ad Vesperas antiphona videlicet *Nativitas gloriose* super psalmos beate Marie. Cap. *Karissimi Christus peccata nostra.* ℟ *Humiliavit se Christus.* Ymnus *Signum crucis.* Ultimus ℣ *Te summa dei trinitas.* ℣ *Hoc signum.* Ad Magnificat Ant. *O crux* / (f. 88r) *gloriosa.* Oracio *Deus qui unigeniti fili⟨i⟩ tui* etc.

(1051) Commemoracio sanctorum ⟨CORNELII ET CYPRIANI Ant.⟩ *Gaudent in celis anime,* quere in primis Vesperis Omnium sanctorum. ℣ *Letamini in domino.* Oracio *Beatorum martirum tuorum pariterque pontificum Corneli et Cypriani.* Alia commemoracio Ant. *Quando nata est.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Famulis tuis.* Et non sit cura si antiphone videlicet *Salve regina* et *Ave regina* non dicantur, quia semper sabbatis et dominicis diebus dicuntur. Completorium de beata Maria solum dicitur prout infra octavas istas habetur.

(1052) In die Exaltacionis sancte crucis fiat per totam diem duplex officium, primo de cruce ut in libro habetur, postea de beata Maria ut supra infra eius octavas habetur, excepto quod ad horas dicitur ymnus *Memento salutis auctor.* Et dicantur psalmi beate Marie ad Primam

videlicet *Deus in nomine. Laudate dominum omnes gentes* etc. Cap. *Ego mater pulcre.* ℟ *Ave Maria.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Famulis tuis.* Ad Terciam Ps. *Ad dominum contribularer (!). Levavi oculos* etc.

(1053) In die Exaltacionis sancte crucis ad Matutinas Invit. *Venite adoremus dominum qui in sanctis suis gloriosus.* Ps. *Venite.* Ymnus *Eterna Christi munera et martirum victoria* cum cantu suo solempni.

(1054) In I° Nocturno Ant. *Secus decursus.* Et cetera ut in communi plurimorum martirum habentur de festis IX lectionum. Lectio prima, secunda et tercia *Cornelius nacione* (*ra-* cod.) *Romanus* etc. *Apud Affricam beati Cypriani* etc. In aliis tribus lectionibus sermo beati Augustini episcopi *Sermone a nobis debitum.*

(1055) In III° Nocturno Ant. *Dulce lignum.* Ps. *Dominus regnavit exultet terra* etc. ut in libro. ℣ *Adoramus te et benedicimus.* Lectio sancti evangelii secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis et turbis Iudeorum Nunc iudicium est mundi.* Septimum ℟ *Michi autem.* Octavum ⟨℟⟩ *Christus peccata.* Nonum ℟ *Humiliavit se Christus.* Ps. *Te deum.* ℣ *Hoc signum.*

(1056) In Laudibus Ant. *Christus passus est.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *Fratres michi autem absit gloriari.* Ymnus *Arbor decora. Beata cuius. Te summa* cum cantu ymni *Sermone blando.* ℣ *Hoc signum.* Ad Benedictus Ant. / (f. 88v) *O crux benedicta.* Oracio *Deus qui nos hodierna die.* Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Commemoracio sanctorum Ant. *Fulgebunt iusti.* ℣ *Iustorum anime.* Oracio ut supra. Et ymni horarum ad cantum ymni *Chorus nove Ierusalem.*

(1057) Ad Primam Ant. *O mangnum pietatis opus.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Qui sedes* etc. Versiculus *Exurge.* Oracio sine precibus *Domine sancte pater* etc.

(1058) Ad Terciam Ant. *Salva nos.* Cap. *Verbum crucis.* ℟ *Per signum crucis.*

(1059) Ad Sextam Ant. *O crux.* Cap. *Non enim misit me.* ℟ *Hoc signum crucis.*

(1060) Ad Nonam Ant. *Nos autem gloriari.* Cap. *Nos predicamus.* ℟ *Adoramus te ⟨Christe⟩ et benedicimus* etc.

(1061) Ad Vesperas Ant. *Virgam virtutis* prout in communi plurimorum martirum habetur. Cap. *Fratres michi autem.* Ymnus *Signum crucis.* Ultimus versus *Te summa dei trinitas.* ℣ *Hoc signum.* Ad Magnificat Ant. *Super omnia.* Oracio ut supra. Commemoracio sanctorum Ant. *O veneranda martirum gloriosa.* ℣ *Letamini.* Oracio ut supra. Alia com-

memoracio ⟨NICHOMEDIS⟩ Ant. *Hic est vere martir.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Adesto domine populo tuo ut beati Nicomedis.*

(1062) Ad Completorium ymnus *Iesu redemptor seculi.* Cap. *Pacem et veritatem.* ℣ *Custodi nos domine.* Ad Nunc dimittis *Salva nos.* Oracio sine precibus *Deus qui illuminas.*

(1063) In Vesperis beate Marie ad Magnificat Ant. *Adest nanque nativitas beate.* Oracio *Famulis tuis.* Ad Nunc dimittis Ant. *Fratruelis meus.* Cetera ut infra octavas habentur. Ad Completorium psalmi videlicet *Usquequo domine* cum ceteris etc.

(1064) IN OCTAVA BEATE MARIE ad Matutinas Invit. *Hodie gloriose.* Ymnus, antiphone, psalmi, versus ut in die. In lectionibus sermo beati Forberti (= Fulberti) Carnotensis episcopi *Probate consuetudinis est apud Christianos.* Primum ℟ *Nativitas tua.* Secundum ℟ *Regali ex progenie.* Cetera ut in die. Nonum ℟ *Christe dei splendor* etc. ut supra. Commemoracio ut supra. Ant. *Hic vir despiciens.* ℣ *Iustus ut palma.* Oracio ut supra. Ad horas ut supra infra octavam habetur. Oracio preter Completorium *Famulis.*

(1065) Ad Vesperas Ant. *Nativitas gloriose* super psalmos beate Marie. Cap. *Dilectus meus descendit.* Ymnus *O sancta mundi domina.* ℣ *Difusa est.* Ad Magnificat Ant. *Quando nata est.* Oracio *Famulis tuis.* Commemoracio sanctorum LUCIE ET GEMINIANI martirum / (f. 89r) Ant. *Absterget.* ℣ *Letamini in domino.* Oracio *Presta quesumus domine precibus nostris.* Alia commemoracio EUFEMIE virginis Ant. *Simile est regnum celorum decem.* ℣ *Specie tua et.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi.* Ad Nunc dimittis Ant. *Nigra sum.* Cetera ut iam supradictum est supra.

(1066) In crastino fiat de martiribus predictis ut consuetum est fieri de consimilibus et commemoracio de virgine predicta.

(1067) IN FESTO BEATI LAMBERTI sive in commemoracione Ant. *Beatus vir qui suffert.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut qui.*

(1068) IN FESTO BEATI MATHEI APOSTOLI ET EVANGELISTE ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus apostolorum cantentur.

Et sic in vigilia ad Nonam Ant. *Ex omni corde.* Cap. *Similitudo animalium.* ℟ *Nimis honorati sunt.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut beati Mathei.*

(1069) Ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Vidi et ecce ventus.* ℟ *Quatuor animalia.* Ymnus *Exultet celum laudibus.* ℣ *In omnem terram.* Ad Magni-

ficat Ant. *Ecce ego Iohannes*. Oracio ut supra. Ad Completorium ut in consimilibus habetur.

(1070) Ad Matutinas Invit. *Venite revertamur ad dominum*. Ymnus *Exultet celum*.

(1071) In I° Nocturno Ant. *Convocatis Iesus*. Ps. *Celi enarrant* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. ℣ *In omnem terram*. Lectiones sic incipiunt *Erant duo magi Amroz* (= *Zaroes*) *et Alphazar* (= *Arphaxad*) *in Ethyopia* etc. Primum ℟ *In visione dei* cum aliis responsoriis ut in libro.

(1072) In II° Nocturno Ant. *Sapiencia domini*. ℣ *Constitues*. Quartum ℟ *Facies et pennas* cum sequentibus responsoriis.

(1073) In III° Nocturno Ant. *Datum est opus*. ℣ *Nimis honorati sunt*. Lectio sancti evangelii secundum Matheum *In illo tempore Cum transiret Iesus vidit hominem sedentem*. Septimum ℟ *Cum aspicerem*. Octavum ⟨℟⟩ *Cum ambularent*. Nonum ℟ *Audiebam sonum alarum*. Ps. *Te deum*. ℣ *Ora pro nobis*.

(1074) In Laudibus Ant. *Dilecti deo et*. Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut in etc. Cap. *Beatus* ⟨*homo*⟩ *qui invenit*. Ymnus *Eterna Christi munera*. ℣ *Annunciaverunt*. Ad Benedictus Ant. *In medio et in circuitu*. Oracio *Beati apostoli tui et evangeliste Mathei*.

(1075) Ad horas antiphone de Laudibus, responsoria de apostolis, et dicantur capitula sequencia videlicet ad Primam *Omnis enim homo*. Ad Terciam Cap. *Dominus* ⟨*sapiencia*⟩ *fundavit*. Ad Sextam Cap. *Similitudo vultus animalium*. Ad Nonam Cap. *Similitudo animalium et aspectus*. / (f. 89[v]) Oracio ut supra ad Matutinas.

(1076) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos apostolorum. Cap. *Iste sanctus in multitudine*. ℟ *Audiebam*. Ymnus *Exultet celum*. ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Tua sunt hec Christe*. Oracio ut supra.

(1077) In commemoracione sanctorum Mauricii etc. ecclesia cathedralis facit primum Magnificat eundo ad altare fundato (!) in honore sanctorum Mauricii etc. de Ant. *Cedebantur gladio*. ℣ *Letamini*. Oracio *Annue quesumus omnipotens deus*. Si tibi sit proprius orator, fac officium de istis sanctis solempne, ut consuetum est de festis solempnibus fieri.

(1078) IN DIE SANCTORUM MAURICII CUM SOCIIS SUIS ad Matutinas Invit. *Venite adoremus dominum qui in sanctis suis*. Ymnus *Alma Christi quando fides*. Et dicitur cum cantu ymni *Urb*[*r*]*s beata Ierusalem* usque ad versum *Contempnentes*. Ultimus versus *Nunc qua propter*.

(1079) In I° Nocturno Ant. *Quanta excolendus est*. [Ant.] ⟨Ps.⟩ *Beatus*

*vir* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro. ℣ *Letamini.* Lectiones Eucherius Ludunensis archiepiscopus omnibus fidelibus passionem sanctorum Thebeorum (Machabeorum cod.) que facta est sub Deocleciano et Maximiano imperatoribus et sic incipit *Deoclecianus quondam ⟨romane⟩ reypublice princeps.* Primum ℟ *Sanctus Mauricius* cum sequentibus ut in libris cum Nocturnis, antiphonis, psalmis et responsoriis etc. Nonum ℟ *Sumus cesar tui milites.* Ps. *Te deum.* ℣ *Mirabilis deus in sanctis suis.*

(1080) In Laudibus Ant. *Sanctus Mauricius.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. Cap. *Sancti per fidem.* Ymnus *Contempnentes.* ℣ *Iustorum.* Ad Benedictus Ant. *Flagrabat in beatissimis.* Oracio *Annue quesumus omnipotens deus* et dicitur eciam ad Sextam.

(1081) Ad horas ymni cantentur ad cantum ymni de Laudibus apostolorum. Et antiphone de Laudibus ad horas dicantur et ultima ad Nonam dicatur. Capitula, responsoria, versus ut in communi plurimorum martirum. Ad Terciam et Nonam oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut sicut legio sancta.*

(1082) Ad Vesperas Ant. *Tunc Mauricius primicerius.* Ps. *Dixit dominus* cum ceteris antiphonis et psalmis. Cap. *Reddet deus mercedem.* ℟ *Operta est terra.* Ymnus *Alma Christi quando fides,* et dicitur totum. ℣ *Letamini in.* Antiphone sequentes dicantur una in uno anno, alia in alio anno. Isti vero qui octavas faciunt / (f. 90ʳ) de dictis sanctis solempnes dicant unam de dictis antiphonis in hac die et aliam in octava. Ad Magnificat Ant. *In sanctorum devocionibus.* Alia Ant. *Que beata legio.* Oracio *Annue quesumus omnipotens deus.*

(1083) Commemoracio beate TECLE virginis Ant. *Simile est regnum celorum.* ℣ *Difusa est.* Oracio dicatur de communi. Et fiat de ipsa die sequenti ut consuetum est fieri de consimilibus etc.

(1084) IN FESTO SANCTORUM ANDOCHII, TIRSI ET FELICIS MARTIRUM oracio *Adesto domino martirum tuorum.*

(1085) IN FESTO SANCTI CLEOPHE MARTIRIS ATQUE DISCIPULI ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Qui sunt hii sermones,* quere in feria IIª Pasche. ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Beati martiris tui Cleophe atque discipuli.* Ad Benedictus Ant. *Hic vir despiciens.* Cetera fiant de ipso ut in communi unius martiris de consimilibus habentur.

(1086) IN FESTO SANCTORUM MARTIRUM COSME ET DAMIANI FRATRUM ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Hec est vera fraternitas.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum.*

(1087) IN FESTO BEATI MICHAELIS ARCHANGELI ymni horarum ad cantum ymni *Fit porta* cantentur. Ad Nonam ut in Nona diei. Oracio *Deus qui miro ordine.* Ad Vesperas Ant. *Laudemus dominum quem laudant* super psalmos vocatos *Laudate.* Cap. *Factum est prelium mangnum.* ℟ *Te sanctum dominum.* Ymnus *Christe sanctorum decus.* ℣ *In conspectu angelorum.* Ad Magnificat Ant. *Dum sacrum misterium.* Oracio *Deus qui miro ordine.* Ad Completorium ut in festis duplicibus.

(1088) Ad Matutinas Invit. *Angelorum regi deo.* Ps. *Venite.* Ymnus *Christe sanctorum.*

(1089) In I° Nocturno Ant. *Omnes fideles.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. ℣ *Adorate dominum.* Sermo beati Gregorii pape *Angelorum et hominum naturam ad congnoscendum se.* Primum ℟ *Factum est cilencium.* Secundum ⟨℟⟩ *Stetit angelus.* Tercium ⟨℟⟩ *In conspectu* cum aliis responsoriis et antiphonis ut in libro.

(1090) In III° Nocturno lectio sancti evangelii secundum Matheum *In illo tempore Accesserunt discipuli ad Iesum.* Septimum ⟨℟⟩ *Hic est Michael.* Octavum ⟨℟⟩ *Venit Michael.* Nonum ℟ *Fidelis sermo.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ / (f. 90v) *Stetit angelus.*

(1091) In Laudibus Ant. *Factum est cilencium.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis ut ⟨in libro⟩ habetur. Cap. *Significavit dominus que.* Ymnus *Tibi Christe splendor.* ℣ *In conspectu angelorum.* Ad Benedictus Ant. *Michael Gabriel Cherubin.* Oracio *Deus qui miro ordine.*

(1092) Ad Primam Ant. *Angeli Michaelis.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* Oracio *Domine sancte pater.*

(1093) Ad Terciam Ant. *Michael.* Cap. *Iohannes septem ecclesiis.* ℟ *Adorate dominum omnes angeli eius.* Oracio *Beati archangeli tui.*

(1094) Ad Sextam Ant. *Te sanctum dominum.* Cap. *Audivi vocem.* ℟ *Benedicite domino omnes angeli.* Oracio *Perpetuum nobis domine.*

(1095) Ad Nonam Ant. *Laudemus dominum.* Cap. *Venit angelus et stetit.* ℟ *Stetit angelus.* Oracio *Beati archangeli tui.*

(1096) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos dictos *Laudate.* Cap. *Factum est cilencium.* ℟ *Fidelis sermo.* Ymnus *Christe sanctorum* vel dicitur *Tibi Christe splendor.* ℣ *In conspectu.* Ad Magnificat Ant. *Concussum est mare.* Oracio *Deus qui miro ordine.*

(1097) Post *Benedicamus* commemoracio sancti Ieronimi Ant. *Iste congnovit iusticiam.* ℣ *Amavit.* Oracio *Deus qui nobis.* Alia commemoracio VICTORIS ET URSI martirum Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio quere in communi plurimorum martirum.

(1098) Cetera de beato IERONIMO ut in communi unius confessoris non

pontificis de festis duplicibus habentur. Ad Matutinas legenda *Ieronimus presbiter in opido Stridonis.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Ora pro nobis.* Cetera ut iam supra dictum est. Commemoracio sanctorum Ant. *Cum vidisset Iesus.* ℣ *Iustorum.* Oracio ut supra.

(1099) Ad Vesperas Ant. *Iuravit dominus.* Cap. *Dilectus deo et.* ℟ *Iustum deduxit.* Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat Ant. *Iste sanctus digne.* Oracio ut supra.

(1100) Commemoracio sanctorum REMIGII etc. Ant. *Abstreget deus.* ℣ *Letamini.* Oracio *Adiuva nos domine.*

(1101) In die si sit dominica vel die qua fit de beata Maria, ad Matutinas antiphona commemoracio⟨nis⟩ *Ecce merces sanctorum,* quere in communi plurimorum confessorum. ℣ *Mirabilis deus in sanctis suis.* Oracio ut supra. Alioquin fiat de ipsis IX psalmi et III lectiones de ystoria ut in communi plurimorum confessorum habetur.

(1102) IN FESTO BEATI LEODEGARI EPISCOPI ET MARTIRIS Ant. *Beatus* | (f. 91r) *vir qui suffert.* ℣ *Gloria et honore.* Oracio *Deus qui presentem diem honorabilem.* Ad Benedictus sive in commemoracione Ant. *Hic vir despiciens.*

(1103) IN FESTO BEATI FRANCISCI CONFESSORIS oracio *Deus qui ecclesiam tuam beati Francisci* ut in communi unius confessoris non pontificis de festis IX lectionum habetur. Lectiones videlicet *Apparuit gracia dei salvatoris nostri* etc.

(1104) IN FESTO BEATE FIDIS VIRGINIS ET MARTIRIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Simile est enim regnum celorum decem.* ℣ *Difusa est.* Oracio *Deus qui presentem diem beate Fidis.*

(1105) IN FESTO SANCTORUM MARCELLI APULEY SERGI ET BACHI MARTIRUM ad Magnificat sive in commemoracione. Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Sanctorum tuorum Marcelli, Apuley.*

(1106) Eodem die commemoracio beati MARCI episcopi et confessoris Ant. *Sacerdos et pontifex.* ℣ *Amavit.* Oracio *Exaudi domine preces nostras.* In crastino fiat de predictis sanctis ut consuetum est de consimilibus fieri et commemoracio de sancto predicto.

(1107) IN FESTO BEATI DYONISII SOCIORUMQUE EIUS fiat ut in communi plurimorum martirum de festis IX lectionum habetur. Et ad Magnificat dicitur antiphona videlicet *Gaudent in celis* vel Ant. *Et facta est comes multitudo.* Oracio *Mangnificantes domine clemenciam tuam.* Ad Matutinas

lectiones *Preciosius* etc. Ad Benedictus Ant. *Adest nanque beati Dyonisii* etc. Ad Magnificat Ant. *O beate Dyonisii mangna est fides.* Oracio ut supra.

(1108) Commemoracio sanctorum GEREONIS SOCIORUMQUE eius. Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui gloriosos martires Gereonem et socios eius pro inmaculate fidei constancia.*

(1109) IN FESTO CALIXSTI PAPE ET MARTIRIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Qui dum esset.* Oracio *Deus qui nos conspicis ex nostra.*

(1110) IN FESTO BEATI GALLI CONFESSORIS ad Vesperas psalmos feriales. Cap. *Dilectus deo et hominibus.* ℟ *Beatus Gallus zelo* etc. Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat Ant. *Venerabilis Gallus.* Oracio *Deus qui nos hodierna die beati Galli* etc. Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium.

(1111) Ad Matutinas Invit. *Regem confessorum.* Ymnus *Iste confessor* etc.

(1112) In I° Nocturno Ant. *Parentes vero.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis et psalmis / (f. 91v) ut in libro habetur. ℣ *Amavit eum dominus.* Lectiones *Cum preclara sanctissimi.* Primum ℟ *Parentes vero.* Secundum ⟨℟⟩ *Beatus Gallus.* Tercium ⟨℟⟩ *Columbanus itaque* cum ceteris responsoriis. Nonum ℟ *Iste sanctus digne in memoriam* quere in communi confessoris non pontificis. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(1113) In Laudibus Ant. *Habuit vir dei.* Ps. *Dominus regnavit* cum ceteris antiphonis et psalmis. Cap. *In fide et lenitate.* Ymnus *Iesu redemptor.* ℣ *Iustus germinabit.* Ad Benedictus Ant. *Superposito.* Oracio ut supra.

(1114) Et ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus cantentur. Ad horas antiphone de Laudibus. Capitula, responsoria, versus ut in communi unius confessoris non pontificis.

(1115) Ad Vesperas antiphona sola videlicet *De vulneribus* super psalmos unius confessoris. Cap. *Dilectus deo et hominibus.* Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit eum* etc. Ad Magnificat Ant. *Iste sanctus digne.* Oracio ut supra.

(1116) IN FESTO BEATI LUCE EVANGELISTE fiat ut supra in festo beati Mathey etc. Oracio *Interveniat pro nobis.* Ad Matutinas sermo beati Gregorii pape etc. *Quid perperam nisi* etc. In ultimis tribus lectionibus evangelium secundum Lucam *In illo tempore Designavit dominus Iesus et alios septuaginta.*

(1117) Notandum est quod illi qui habent Dedicacionem in sua propria ecclesia, die Dedicacionis ecclesie cathedralis solempniter celebrent et non faciant octavam, si in sua propria Dedicacione facere possint. Alioquin faciant octavam prout in officio Dedicacionis habetur.

(1118) Item nota quod si festum Dedicacionis ecclesie in dominica evenerit, in secundis Vesperis Dedicacionis fiat private commemoracio de dominica de antiphona ystorie currentis etc. Et in feria II[a] sequenti ad Matutinas evangelium de dominica legatur et fiant de ipso tres ultime lectiones etc.

(1119) IN FESTO DEDICACIONIS ECCLESIE CATHEDRALIS LAUSANNENSIS ymni infra octavas et in octava cantentur ad cantum ymni *Fit porta Christi pervia* etc. Et numquam dicitur versus *Laus honor* vel *Gloria et honor deo* nisi in suis propriis ymnis. Et per anni circulum ultimus versus ymni horarum sive Matutinarum numquam mutetur nisi de contrario videatur.

(1120) In vigilia Dedicacionis ad Nonam ymnus *Rerum deus tenax.* Ant. *Lapides preciosi.* Cap. / (f. 92r) *Ponam tabernaculum.* ℟ *Hec est domus domini* etc. *Alleluia.* Oracio *Deus qui nobis per singulos.* Ad Vesperas Ant. *Pax huic domui* super psalmos vocatos *Laudate* etc. Cap. *Vidi civitatem sanctam.* ℟ *Fundamenta eius.* Ymnus *Urbs beata Ierusalem.* ℣ *Hec est domus alleluia.* Ad Magnificat antiphona ante et post *O quam metuendus est.* Oracio ut supra ad Nonam.

(1121) Ad Completorium ymnus *Hoc in templo* cum cantu ymni *Pange lingua.* Eciam idem ymnus cantetur cum eodem cantu in dominica infra octavas et in festis IX lectionum in ipsis octavis contingentibus et eciam in octava. Infra ebdomadam vero cum cantu suo proprio predictus ymnus cantetur. Post ymnum vero dicitur capitulum videlicet *Ponam tabernaculum.* ℣ *Custodi nos domine.* Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia adorate dominum.* Oracio *Deus qui de vivis et electis.* Istud Completorium non mutetur per octavas.

(1122) In die ad Matutinas Invit. *Filie Syon currite.* Ymnus *Urbs beata.*

(1123) In I° Nocturno Ant. *Dominus in templo.* Ps. *In domino confido* etc. cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro. ℣ *Domine dilexi decorem* etc. Sermo beati Augustini episcopi *Quocienscumque fratres karissimi altaris vel templi.* Primum ℟ *In dedicacione templi.* Secundum et tercium ⟨℟⟩ ut in libro.

(1124) In II° Nocturno Ant. *Erit michi.* ℣ *Beati qui habitant.* Quartum ℟ *Sanctificavit.* Quintum et sextum ⟨℟⟩ etc. ut supra.

(1125) In III° Nocturno Ant. *Non est hic* etc. ℣ *Fundata est domus.* Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Ingressus Iesus perambulabat.* Septimum ℟ *Domus mea.* Secundum ⟨evangelium⟩ secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Non potest arbor bona malos.* Octavum ℟ *O quam metuendus.* Tercium evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Facta sunt encenia in Ierosolimis.* Nonum ℟ *Terribilis est locus iste.* Ps. *Te deum.* ℣ *Hec est domus.*

(1126) In Laudibus Ant. *Domum tuam.* Ps. *Dominus regnavit decorem* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. Cap. *Audivi vocem mangnam.* Ymnus *Angulare fundamentum* cum cantu ymni videlicet *Pange lingua.* ℣ *Hec est domus.* Ad Benedictus antiphona ante et post *Mane surgens Iacob.* Oracio *Deus qui ⟨nobis⟩ per singulos.* / (f. 92v) Et dicitur hec oracio per omnes horas preter Completorium.

(1127) Ad horas post psalmos loco antiphone dicitur *Alleluia Adorabo ad templum.* Oracio ut supra.

(1128) Ad Vesperas Ant. *Vota mea domino.* Ps. *Credidi* etc. ut in libro. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Adorabo ad templum.* Prosa *O felix aula.* Ad Magnificat antiphona ante ⟨et⟩ post *Zachee festinans descende.* Oracio ut supra.

(1129) Post *Benedicamus* in regressu processionis ecclesia cathedralis facit commemoracionem de virginibus causa reliquiarum quas habet. Ab aliis vero fiat commemoracio tantum de antiphona videlicet *Iste sunt prudentes.* ℣ *Aducentur regi virgines.* Oracio *Adiuvent nos.*

(1130) Ad Completorium ut in Completorio precedenti.

(1131) Nota quod ⟨ab⟩ illi⟨s⟩ qui non faciunt octavam de Dedicacione cum illis de ecclesia cathedrali, in die festi undecim milium virginum ymni ad Matutinas et ad Vesperas cantentur ad cantum suum proprium. Et eciam ymni horarum cantentur ad cantum ymni de Laudibus ipsarum virginum. Et in responsoriis et versiculis horarum *Alleluia* non dicitur. Cetera ut in ipso officio sequenti de ipsis habentur etc., quoad ecclesiam cathedralem et eciam quoad illos qui faciunt octavas solempnes de ista Dedicacione cum illis de ecclesia cathedrali.

(1132) IN DIE XI MILIUM VIRGINUM ad Matutinas Invit. *Angnum sponsum virginum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Rex gloriose virginum corona confitencium.*

(1133) In I° Nocturno Ant. *Insignes sponse Christi.* Ps. *Domine dominus noster* cum ceteris antiphonis et psalmis etc. ℣ *Aducentur regi virgines.* Lectiones *Passionem sanctarum undecim milium virginum.* Primum

℟ *Has virgines* cum aliis responsoriis ut in libro. Nonum ℟ *Audivi vocem de celo.* Ps. *Te deum.* ℣ *Media nocte.*

(1134) In Laudibus Ant. *In choro sanctorum* etc. cum aliis antiphonis ut in libro habetur. Cap. *De virginibus preceptum.* Ymnus *Iesu corona virginum* cum cantu ymni *Fit porta Christi pervia.* ℣ *Mirabilis deus in sanctis suis.* Ad Benedictus Ant. *Prudentes virgines.* Oracio *Adiuvent nos quesumus domine.* Commemoracio de Dedicacione Ant. *Domum tuam.* ℣ *Hec est domus.* Oracio *Deus qui nobis per singulos annos.*

(1134) Ad horas ymni cantentur ad cantum ymni *Fit porta Christi.* Ad horas antiphone de Laudibus.

(1135) Ad Primam Cap. *Omnis enim* / (f. 93ʳ) *homo.* ℟ *Christe Iesu fili* cum *Alleluia* et oracione ut supra infra octavas Dedicacionis.

(1136) Ad Terciam Cap. *Oleum effusum nomen.* ℟ *Adducentur regi alleluia.*

(1137) Ad Sextam Cap. *In odore.* ℟ *Media autem nocte.*

(1138) Ad Nonam Cap. *Saxaginta* (!) *sunt.* ℟ *Prudentes virgines.* Oracio ut supra.

(1139) Ad Vesperas Ant. *Una etenim* super psalmos de virginibus videlicet *Letatus sum* etc. Cap. *De virginibus preceptum.* Ymnus *Rex gloriose virginum* cum cantu ut supra. ℣ *Adducentur regi.* Ad Magnificat Ant. *Tunc surrexerunt.* Oracio ut supra. Commemoracio Dedicacionis Ant. *Domus mea.* ℣ *Hec est domus domini.* Oracio *Deus qui nobis per singulos.* Ad Completorium ut in Dedicacione habetur.

(1140) INFRA OCTAVAS DEDICACIONIS ad Matutinas Invit. *Fidei sancte venite.* Ps. *Venite.* Ymnus *Urbs beata.* Antiphone, psalmi ut in die. Versiculi ante lectiones et responsoria dicantur prout de consimilibus supra habentur. De legenda que sequitur fiant lectiones tam infra octavas quam in octava videlicet *Quia propicia dignitate* etc. Ps. *Te deum.* ℣ *Hec est domus.*

(1141) In Laudibus Ant. *Hec est domus* super psalmos de Laudibus, et dicantur per ordinem excepto quod antiphona videlicet *Lapides preciosi* etc. non dicitur nisi in commemoracione, si fiat de aliquo festo IX lectionum. Capitulum, ymnus, versus et antiphona de Benedictus et oracio ut in die.

(1142) Ad Primam Ant. *Domum tuam domine.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia.* ℣ *Domine dilexi.* Oracio *Deus qui nobis per.*

(1143) Ad Terciam Ant. *Sanctificavit dominus tabernaculum.* Cap. *Vos estis templum.* ℟ *Domine dilexi* cum *Alleluia.* Oracio *Deus qui nos ad anniversarium.*

(1144) Ad Sextam Ant. *Fundamenta templi*. Cap. *Ponam tabernaculum*. ℟ *Beati qui habitant*. Oracio *Deus qui de vivis et electis*.

(1145) Ad Nonam Ant. *Lapides preciosi*. Cap. *Ponam tabernaculum*. ℟ *Hec est domus domini*. Oracio *Sanctificacionem domus tue*.

(1146) Ad Vesperas Ant. *Pax huic* super psalmos videlicet *Credidi*. *Letatus sum* etc. ut supra. Cap. *Vidi civitatem*. Ymnus *Urbs beata*. ℣ *Hec est domus*. Ad Magnificat Ant. *Pax eterna*. Oracio *Deus qui nobis per singulos*. / (f. 93v)

(1147) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Vesperas ut supra. Et fiat commemoracio de dominica de antiphona ystorie currentis. Ad Matutinas Invit. *Fidei sancte*. Lectiones ut supra. Et tres ultime fiant de evangelio dominice currentis. Cetera ut in die. Et in Laudibus sola antiphona dicitur videlicet illa que tunc per ordinem habetur. Ad alias horas ut supra infra octavas.

(1148) IN FESTO SANCTORUM CRISPINI ET CRISPINIANI ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Isti sunt sancti*. ℣ *Letamini*. *Et gloriamini, alleluia*. Oracio *Quesumus omnipotens deus ut nos geminata*.

(1149) IN OCTAVA DEDICACIONIS totum fiat ab hora None sicut in vigilia et in die habetur. Et si in dominica evenerit, tres ultime lectiones fiant de evangelio dominice currentis. Alie lectiones de residuo sermonis diei videlicet *Ecce qualem sentenciam merebitur* etc.

(1150) In secundis Vesperis fiat commemoracio de apostolis ⟨SYMONIS ET IUDE⟩ de Ant. *Dum steteritis*. ℣ *In omnem terram*. *Et in fines, alleluia*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut sicut apostolorum*.

(1151) Ad Completorium ut in die. Alii vero Dedicacionem alio tempore integre habentes Nonam propriam faciant de apostolis ut in communi ad Nonam habetur. Oracio ut supra.

(1152) Ad Vesperas psalmos feriales. Oracio ut supra. Cetera ut in communi apostolorum de festis duplicibus habentur. Et nulla fiat commemoracio de Dedicacione.

(1153) Ad Matutinas legenda *Symon itaque Cananeus et Iudas Zelotes apostoli*. Ad omnes horas oracio preter Primam et Completorium *Deus qui nobis per apostolos tuos* etc.

(1154) Ad Vesperas Ant. *Iuravit* etc. Cap. *Iam non estis*. ℟ *O quam pulcri*. Ymnus *Exultet celum*. ℣ *In omnem terram*. Ad Magnificat Ant. *Isti sunt triumphatores*. Oracio ut supra.

(1155) IN FESTO BEATI QUINTINI MARTIRIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Hic est vere martir.* Oracio *Beati martiris tui domine Quintini.*

(1156) Nota quod si dies Omnium sanctorum in sabbato evenerit, in secundis Vesperis ad processionem dicitur Ant. *Salve regina.* Et in regressu processionis dicuntur Vespere defunctorum solempniter etc. ut in libro habetur. Et in dominica sequenti in / (f. 94r) secundis Vesperis fiat commemoracio de dominica de antiphona videlicet *Vidi dominum.* ℣ *Vespertina oracio ascendat.* Oracio *Deus refugium* etc. Feria II[a] sequenti ad Matutinas legantur evangelia de dominica videlicet *Loquente Iesu.* Et fiant commemoraciones de ipsa dominica ut in libro habentur.

Item si festum Omnium sanctorum dominica evenerit evangelium de dominica ad terciam feriam sequentem transferatur cum suis antiphonis de Benedictus et Magnificat. Et in Vesperis secunde ferie precedentis fiat commemoracio de dominica de Ant. *Vidi dominum.* ℣ *Vespertina oracio.* Oracio dominice currentis.

(1157) In die Omnium sanctorum infra octavas et in octava hore beate Marie non dicuntur. Et si festum IX lectionum infra octavas evenerit, die qua venerit celebretur, et tunc eadem die hore beate Marie dicantur private. Et fiant commemoraciones de Omnibus sanctis de antiphonis de Laudibus Omnium sanctorum. Et dicantur tam in commemoracionibus quam in Laudibus de Omnibus sanctis infra octavas per ordinem nisi de contrario videatur. Et ultima antiphona de Laudibus dicatur die ultima ante octavam in Laudibus etc. Et ymni tam Vesperorum, Matutinarum quam horarum cantentur in festis tunc evenientibus infra octavas predictas prout de ymnis infra octavas Omnium sanctorum habetur, si cantus conveniat. Et ultimus versus ymnorum semper dicitur prout in libro in suo ymno habetur.

(1158) IN VIGILIA OMNIUM SANCTORUM ad Nonam et in die ad horas ymni cantentur ad cantum ymni videlicet *Christe redemptor omnium.* Infra octavas vero cantentur ad cantum ymni *Fit porta Christi pervia.* Et non dicitur ultimus versus nisi prout in suo ymno habetur.

(1159) In vigilia Omnium sanctorum ad Nonam ymnus *Rerum deus tenax.* Ant. *Gloria hec est.* Cap. *Cantabant sancti.* ℟ *Exultent iusti* sine *Alleluia.* Oracio *Domine deus noster multi.*

(1160) Ad Vesperas Ant. *Gloria tibi trinitas.* Ps. *Laudate pueri* etc. cum ceteris antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Vidi turbam*

*mangnam.* ℟ *Sancti per fidem.* / (f. 94v) Ymnus *Christe redemptor omnium conserva tuos.* ℣ *Timete dominum omnes sancti.* Ad Magnificat antiphona ante et post *O quam gloriosum est.* Oracio ut supra. Post *Benedicamus* fiat private commemoracio de CESAREO Ant. *Hic est vere martir.* Oracio, quere in communi unius martiris.

(1161) Ad Completorium ymnus *Iesu salvator seculi redemptis.* Ymnus predictus cantetur in festis IX lectionum infra octavas contingentibus cum cantu suo solempni, aliis diebus cum cantu feriali. Ad Completorium Cap. *Cantabant sancti.* ℣ *Custodi nos domine.* Ad Nunc dimittis Ant. *Sancti dei omnes.* Oracio *Da quesumus domine fidelibus.*

(1162) In die ad Matutinas Invit. *Regem regum dominum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Sanctorum meritis.*

(1163) In I° Nocturno Ant. *Novit dominus.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis. ℣ *Letamini.* Sermo Rabani episcopi *Legimus in ecclesiasticis hystoriis quod sanctus.* Primum ℟ *Benedicamus patrem.* Secundum ⟨℟⟩ *Felix nanque.* Tercium ℟ *Te sanctum dominum.* Quartum ⟨℟⟩ *Inter natos.* Quintum ⟨℟⟩ *Qui sunt isti.* Sextum ⟨℟⟩ *Laverunt stoles suas.* Evangelium non legitur. Septimum ℟ *Sint lumbi vestri.* Octavum ⟨℟⟩ *Quinque prudentes virgines.* Nonum ⟨℟⟩ *Concede nobis domine.* Infra octavas alternatis vicibus responsorium videlicet *Iustorum anime.* Ps. *Te deum.* ℣ *Timete dominum.*

(1164) In Laudibus Ant. *Scimus quoniam etc.* cum aliis. Cap. *Audivi numerum.* Ymnus *Christe redemptor omnium conserva.* ℣ *Timete dominum.* Ad Benedictus ante et post ⟨Ant.⟩ *In civitate domini.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum.* Commemoracio private ut supra.

(1165) Ad horas post psalmos *Alleluia.* ℣ *Iusti epulentur.* Oracio ut supra.

(1166) Ad Vesperas Ant. *Virgam virtutis.* Ps. *Dixit dominus* etc. ut in libro. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Iudicabunt sancti.* Prosa *Regina virginum* etc. Ad Magnificat antiphona ante et post *Laudem dicite deo.* Oracio ut supra.

(1167) Post sequuntur Vespere defunctorum. Ad Vesperas Ant. *Placebo domino.* Ps. *Dilexi quoniam.* Ant. *Heu me.* Ps. *Ad dominum cum tribularer* cum ceteris ut in libro. ℣ *Requiem eternam.* Ad Magnificat Ant. *Omne quod dat michi pater. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.* Sequitur Ps. *Lauda anima mea.* / (f. 95r) Et in fine psalmi dicitur *Requiem eternam. Et lux. A porta inferi. Requiescant in pace. Domine exaudi. Dominus vobiscum.* Oracio *Fidelium.* Post sequitur *Requiescant in pace Amen.* Deinde sequitur Completorium ut in die Omnium sanctorum habetur.

(1168) IN DIE SOLEMPNITATIS OMNIUM FIDELIUM ad Matutinas Invit. *Circundederumt me gemitus.* Ps. *Venite* et in fine dicitur *Requiem eternam. Et lux perpetua* etc. Item in tercio responsorio et in sexto dicitur *Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua.*

(1169) In I° Nocturno Ant. *Dirige* etc. ut in vigiliis defunctorum habetur. Lectiones *Iam vero de resurrectione carnis non sicut quidem revixerunt.* Et in fine lectionis semper dicitur *Beati mortui qui in domino moriuntur.* Ultimum responsorium videlicet *Libera me domine.* ℣ *Dies illa. Quando celi.* ℣ *Tremens factus sum. Dum veneris.* ℣ *Plangent se. Dum veneris.* ℣ *Creator omnium rerum. Quando celi.* ℣ *Requiem eternam. Dum veneris.* Et reiteratur ℟ *Libera me domine.* Item versus non dicitur, sed statim post responsorium dicuntur Laudes videlicet Ant. *Exultabunt.* Ps. *Miserere* etc. ut in ipsis Laudibus habetur. Post psalmum *Benedictus* etc. et post Ant. *Ego sum* etc. dicuntur *Kyrieleison* ut supra in Vesperis. Post *Et ne nos* etc. et *Sed libera* sequitur Ps. *De profundis. Requiem. A porta inferi. Requiescant in pace. Domine exaudi. Dominus vobiscum.* Oracio *Oremus Fidelium. Qui vivis. Dominus vobiscum. Requiescant in pace. Amen.*

(1170) Fiat private commemoracio de Omnibus sanctis de antiphona videlicet *Scimus quoniam.* ℣ *Timete.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum.*

(1171) Ad Primam dicantur tantum psalmi videlicet *Deus in nomine. Requiem. Beati immaculati. Requiem* etc. Post sequitur Ant. *Beati mortui qui in domino moriuntur. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.* Psalmus sequitur videlicet *De profundis. Requiem. Et lux* etc. *A porta inferi. Requiescant. Domine exaudi. Dominus vobiscum.* Oracio *Fidelium deus. Qui vivis* etc. *Dominus vobiscum. Requiescant in pace. Amen* / (f. 95ᵛ) *Exultabunt sancti in gloria* etc. Et in fine dicitur *De profundis. Requiem. A porta inferi* etc. ut supra.

(1172) Ad alias horas dicantur psalmi horarum ut supra ad Primam cum antiphona videlicet *Beati mortui.* Cetera ut supra donec ad Vesperas. Et dicantur psalmi predicti submissa voce bene et moderate etc.

(1173) Vespere dicantur de Omnibus sanctis prout infra octavas Omnium sanctorum habentur. Et fiat in ista die in istis Vesperis commemoracio de sancto FIRMINO de Ant. *Sacerdos et pontifex.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus,* quere in communi. Eciam die sequenti fiat commemoracio ad Matutinas de ipso.

(1174) INFRA OCTAVAS OMNIUM SANCTORUM ad Vesperas Ant. *Beati eritis cum vos* super psalmos ut supra in die. Cap. *Cantabant sancti.*

Ymnus *Christe redemptor.* ℣ *Timete dominum.* Antiphone sequentes dicantur ad Magnificat tam infra octavas quam in dominica videlicet quando fiet officium integre de Omnibus sanctis. Quia si festum IX lectionum infra octavas evenerit, fiat de festo et commemoracio de Omnibus sanctis de antiphonis de Laudibus ut iam dictum est. Ad Magnificat Ant. *Laudem dicite.* Alia Ant. *Gaudete et exultate* etc. ut in libro. Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum.*

(1175) Ad Completorium ut iam supra dictum est.

(1176) Infra octavas Omnium sanctorum ad Matutinas Invit. *Venite adoremus dominum qui in sanctis suis.* Ymnus *Rex gloriose martirum* cum cantu ymni *Christe redemptor.*

(1177) In Nocturno antiphone, psalmi ut in die. Versus ante lectiones ut supra de consimilibus habentur. Lectiones de sermone diei. Primum ℟ *Benedicamus patrem.* Secundum ⟨℟⟩ *Felix valde.* Tercium ⟨℟⟩ *Iustorum anime* vel dicitur *Concede nobis,* et dicantur per ordinem ut in ipsis duobus vel trinis responsoriis habentur. Ps. *Te deum.* ℣ *Timete.*

(1178) In Laudibus Ant. *Sapiencia sanctorum* et dicantur per ordinem super psalmos Laudum etc. Cap. *Audivi numerum signatorum.* Ymnus *Eterna Christi munera* cum cantu ymni *Fit porta Christi.* ℣ *Timete dominum.* Ad Benedictus Ant. / (f. 96ʳ) *In civitate domini* nec mutetur. Oracio *Omnipotens sempiterne deus.*

(1179) Ad Primam Ant. *Iustorum autem anime.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu fili.* ℣ *Exurge.* Oracio ut supra. *Exultabunt sancti in gloria* etc.

(1180) Ad Terciam Ant. *Ecce merces sanctorum.* Cap. *Scimus quoniam.* ℟ *Letamini in.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum multiplici facis.*

(1181) Ad Sextam Ant. *Sanctorum velud aquille.* Cap. *Iustorum autem anime.* ℟ *Iusti autem imperpetuum.* Oracio ut ad Primam.

(1182) Ad Nonam Ant. *Tanquam aurum.* Cap. *Reddet deus mercedem.* ℟ *Exultent iusti.* Oracio ut supra ad Terciam.

(1183) Ad Vesperas et ad Completorium ut supra.

(1184) Si festum Omnium ⟨sanctorum⟩ in feria IIIª evenerit, in dominica infra octavas Omnium sanctorum fiat de sancto Prothasio ut supra dictum est de festis IX lectionum infra octavas istas contingentes.

(1185) IN FESTO BEATI PROTHASII EPISCOPI LAUSANNENSIS ET CONFESSORIS ad Vesperas Ant. *Beati eritis* etc. Cap. *Ecce sacerdos mangnus.* ℟ *Iustus ut palma.* Ymnus *Iste confessor.* ℣ *Amavit eum.* Ad Magnificat

Ant. *Sacerdos et pontifex*. Oracio *Da quesumus omnipotens,* quere in communi. Commemoracio de Omnibus sanctis Ant. *Spiritus et anime.* ℣ *Timete dominum.* Oracio diei. Ad Completorium ut supra habetur.

(1186) In die sancti Prothasii ut in communi unius confessoris et pontificis de festis IX lectionum habetur, exceptis declaratis ut supra et declarandis ut infra habentur. Legenda Sermo beati Maximi episcopi *Ad sancti ac beatissimi patris nostri cuius hodie festa celebramus.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.* Ymnus de Laudibus cantetur ut supra dictum est.

(1187) In commemoracione Omnium sanctorum Ant. *Gloria hec est omnibus.* Versus et oracio ut supra in Vesperis. Cetera ut in communi sine precibus et neuma. Ad Magnificat Ant. *Similabo eum.* Oracio ut supra. Commemoracio ⟨de⟩ Omnibus sanctis Ant. *Scimus quoniam.* Versus et oracio et ad Completorium ut supra.

(1188) ⟨DOMINICA INFRA OCTAVAS ad⟩ Vesperas et ad Completorium ut supra infra octavas habetur. ⟨Ad Matutinas Invit.⟩ *Regem Regum.* Ymnus *Rex gloriose* cum c⟨antu ymni *Christe redemptor.* In Laudibus⟩ antiphona dicitur videlicet illa de Laudibus diei que cum ⟨ceteris per ordinem habetur⟩, et ymnus Laudum cantetur ut iam supra dictum ⟨est ad cantum⟩ *Eterna Christi munera.* / (f. 96ᵛ) Cetera ut in die. Sermo etc. *Hodie dilectissimi omnium sanctorum.* Ad alias horas ut supra habetur infra octavas. Et evangelium dominice currentis in tribus ultimis lectionibus legatur cum commemoracionibus sequentibus.

(1189) IN OCTAVA OMNIUM SANCTORUM ad Vesperas Ant. *Beati eritis* super psalmos ut supra. Cap. *Vidi turbam mangnam.* Ymnus *Christe redemptor omnium.* ℣ *Timete dominum.* Ad Magnificat Ant. *O quam gloriosum est.* Oracio diei etc.

(1190) Commemoracio sanctorum QUATUOR CORONATORUM Ant. *Isti sunt sancti.* ℣ *Letamini.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires.* Ad Completorium ut supra.

(1191) Ad Matutinas ut in die. Et loco ymni videlicet *Sanctorum meritis* et *Christe redemptor* dicuntur ymni videlicet *Rex gloriose* et *Eterna Christi munera* cum cantu ut iam supra dictum est. Lectiones de legenda que sequitur *Consideremus ergo inclitam huius urbis felicitatem* etc. Commemoracio sanctorum ut supra Ant. *Cum vidisset.* Oracio ut supra. Ad alias horas ut supra infra octavas habetur. Oracio ut in die.

(1192) Ad Vesperas Ant. *Beati eritis.* Cap. *Cantabant sancti.* Ymnus *Christe redemptor.* ℣ *Timete.* Ad Magnificat Ant. *Laudem dicite.* Oracio diei.

(1193) Commemoracio sancti THEODORI martiris Ant. *Hic est vere*

*martir*. Oracio *Deus qui nos beati Theodori*. In die sequenti fiat de predicto martire ut consuetum est de consimilibus fieri.

(1194) IN FESTO BEATI MARTINI PAPE ET CONFESSORIS ad Magnificat sive in commemoracione Ant. *Sacerdos et pontifex*. Oracio *Da quesumus omnipotens deus*, quere in communi unius confessoris et pontificis.

(1195) IN FESTO BEATI MARTINI YEMALIS in dominica infra octavas si fiat de ipso et in octava, ymni horarum cantentur ad cantum ymni videlicet *Rex Christe Martini decus*, infra octavas vero ad cantum ferialem cantentur. Et si fiat de alio aliquo sancto IX lectionum sive trium, prime Vespere fiant de santo Martino ut infra octavas habentur donec ad capitulum et a capitulo de festo. Et commemoracio de octava beati Martini de antiphonis de suis Laudibus prout supra de consimilibus habetur.

(1196) In festo beati Martini yemalis ad Nonam Ant. *Ora pro nobis*. Cap. *Labia sacerdotis*. ℟ *Iustus ut palma*. Oracio *Deus qui conspicis*. Hec oracio dicitur per omnes horas / (f. 97r) preter Completorium.

(1197) Ad Vesperas super psalmos feriales Ant. *O Martine o pie quam pium est* etc. Cap. *Ecce sacerdos mangnus*. ℟ *Martinus Habrae*. Ymnus *Rex Christe Martini decus*. Et nulla fiat divisio de predicto ymno videlicet in Vesperis. ℣ *Ora pro nobis*. Ad Magnificat Ant. *O beatum virum*. Oracio ut supra.

(1198) Commemoracio beati MENNE martiris Ant. *Hic est vere martir*. ℣ *Gloria et honore*. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati* etc. Ad Completorium ut in consimilibus supra habetur.

(1199) In die ad Matutinas Invit. *Laudemus dominum*. Ps. *Venite*. Ymnus *Rex Christe* usque ad versum *Martine. Sit trinitati*.

(1200) In I° Nocturno Ant. *Martinus adhuc*. Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis et psalmis. Legenda de obitu beati Martini *Martinus igitur obitum suum longe*. Primum ℟ *Hic est Martinus* cum ceteris etc. Ps. *Te deum*. ℣ *Ora pro nobis*.

(1201) In Laudibus Ant. *Dixerunt discipuli*. Ps. *Dominus regnavit* etc. Cap. *Statuit illi dominus*. Ymnus *Martine par*. ℣ *Iustus germinabit*. Ab Benedictus Ant. *O quantus lu⟨c⟩tus*. Oracio ut supra. In commemoracione Ant. *Hic vir despiciens*. Oracio ut supra.

(1202) Ad horas post psalmos *Alleluia*. ℣ *Martinus episcopus*. Oracio ⟨ut⟩ supra.

(1203) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos

unius confessoris. Post psalmos sequitur *Alleluia.* ℣ *Martinus.* Prosa *Hic oculis ac manibus.* Ad Magnificat Ant. *O beatum pontificem.* Oracio ut supra.

(1204) Commemoracio sancti Ymerii confessoris non pontificis Ant. *Similabo eum.* ℣ *Amavit eum.* Oracio *Deus qui nos hodierna die.* Ad Completorium ut supra.

(1205) IN FESTO SANCTI YMERII et in sequenti quoad ecclesiam cathedralem que non facit de sancto Martino octavas solempnes, ymni horarum ad cantum ymni de Laudibus ipsorum sanctorum cantentur.

(1206) Et in die sancti Ymerii fiat prout in communi unius confessoris non pontificis ut de festis IX lectionum habetur. Legenda ipsius *Fuit vir nobilis quidam gracia dei.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis.*

(1207) In Laudibus Ant. *Domine quinque* etc. Commemoracio Martini Ant. *Dixerunt discipuli.* ℣ *Ora pro nobis.* Oracio ut in die.

